






VI
AEMILII
PROBI
VITAE
EC.
15
K 5
14
VENETIIS
S. A.














120.



Cornelij Nepotis, seu

Aemilii Probi Historici Excellentium Imperatorum Vitæ.



PROEMIVM AEMILII PROBI VIRI CLARISSIMI DE VITA EXCELLENTIVM IMPERATORVM LIBER.



ON DVBITO fore plerosq; Attice qui hoc genus scripturæ leue:& nō satis dignū summoꝝ uiroꝝ personis iudicent:cū relatum legent quis musicā docuerit Epaminundā:aut in eius uirtutibus cōmemorati saltasse eū cōmode scienterq; tibiis cantasse. Sed hi erunt fere qui expertes litteraꝝ græcaꝝ nihil rectum nisi quod ipsoꝝ moribus cōueniat putabunt. Hi si didicerint nō eadem omnibus esse honesta atq; turpia:sed oia maioꝝ institutis iudicari; non admirabuntur nos in graioꝝ uirtutibus exponendis mores eoꝝ secutos. Neq; enim Cimoni fuit turpe Atheniensiū summo uiro sororē germanā habere in matrimonio:quippe cū ciues eius eodē uterentur instituto. Ad id quidē nostris morib9 nefas habetur. Laudi in Græcia ducit̃ adolescentulis q̃plurimos habere amatores. Nulla Lacedæmoni tam est nobilis uidua: quæ nō ad scænam eat mercede conducta. Magnis in laudibus tota fuit Græcia uictorem olympiæ citari. In scænā uero prodire & populo esse spectaculo nemini in eisdem gentibus fuit turpitudini: quæ omnia apud nos partim infamia: partim humilia atq; ab honestate remota ponunt̃. Contra ea pleraq; nostris moribus sunt decora: quæ apud illos turpia putantur. Quem enim Romanoꝝ pudet uxorem ducere in cōuiuium? Aut cuius nō materfamilias primū locum tenet ædium atq; in celebritate uersatur? Quod multo fit aliter in Græcia:nā

MILTIADIS

neq; in conuiuium adhibetur nisi propinquorum: neq; sedet nisi interiore parte ædium: quæ gynæconitis appellatur: quo nemo accedit nisi propinqua cognatione coniunctus. Sed plura persequi cum magnitudo uoluminis prohibet: tum festinatio: ut ea explicē quæ exorsus sum. Quare ad propositum ueniemus: & in hoc exponemus libro de uita excellentium imperatorum.

Gynæconitis

MILTIADIS VITA.

MIlciades Cimonis filius atheniēsis cū & antiquitate generis & gloria maiorum & sua modestia unus oīum maxime floreret: eaq; esset ætate ut nō iam solū de eo bene sperare: sed etiā confidere ciues possent sui: talem futurum qualē cognitū iudicarunt. Accidit ut Atheniēses Chersonnesum colonos uellent mittere: cuius generis cū magnus numerus esset: & multi eius demigratiōis peterēt societatē ex his delecti delphos deliberatū missi sunt: qui cōsulerent Apollinem quo potissimū duce uterentur. Nam tū thraces eas regiones tenebāt: cum quibus armis erat dimicandum. His consulentibus nominatim Pythia præcepit ut Miltiadem sibi imperatorē sumerēt: id si fecissent incepta prospera futura. Hoc oraculi respōso Miltiades cum delecta manu classe Chersonnesum profectus cum accessisset lemnum: & incolas eius insulæ sub potestatē redigere uellet Atheniensiū: idq; lemnii sua sponte facerent postulasset: illi irridentes responderunt tum id se facturos cum ille domo nauibus proficiscens uento aquilone uenisset lemnū. Hic enim uentus a septentrionibus oriens aduersum tenet athenis proficiscentibus. Miltiades morandi tēpus nō habēs cursū dixerit quo tēdebat: peruenitq; chersonnesū. Ibi breui

7
15

123

tẽpore barbaroꝝ copiis disiectis tota regione quã petierat potitus loca castellis idonea cõmuniuit: multitudinẽ quã secum duxerat in agris collocauit: crebrisq; excursionibus locupletauit. Neq; minus ea re prudentia q̃ felicitate adiutus est. Nam cũ uirtute militũ deuicisset hostiũ exercitus: sũma æquitate res constituit: atq; ipse ibidẽ manere decreuit. Erat enim inter eos dignitate regia q̃uis carebat noĩe. Neq; id magis impio q̃ iusticia consecutus. Neq; eo socius atheniensibus quibus cũ erat profectus officia præstabat: quibus rebus fiebat ut nõ minus eorum uoluntate perpetuo imperiũ obtineret qui miserãt: q̃ illorum cum quibus erat profectus. Chersonneso tali modo constituta lemnum reuertitur: & ex pacto postulat ut sibi urbem tradant. Illi enim dixerant cũ uento borea domo ꝓfectus eo ꝑuenisset: sese dedituros. Se autem domũ chersonnesi habere. chares qui tum lemnum incolebant: & si præter opinionẽ res ceciderat: tamen non dicto sed secunda fortuna aduersarioꝝ capti: resistere ausi non sunt: atq; ex insula demigrarunt. pari felicitate cæteras insulas quæ Cyclades nominantur: sub Atheniensiũ redegit potestatem. Eisdem temporibus persarum Rex Darius ex Asia in Europam exercitu traiecto scythis bellũ inferre decreuit. Pontẽ fecit in histro flumine qua copias traduceret. Eius pontis dum ipse abesset: custodes reliquit principes quos secum ex ionia & æolide duxerat: quibus singulis ipsarum urbiũ perpetua dederat impia. Sic enim putauit facillime se græca lingua loquẽtes qui Asiã incolerent sub sua retenturũ potestate si amicis suis oppida tuenda tradidisset: quibus se oppresso nulla spes salutis relinqueretur. In hoc fuit tum numero Mil-

tiades: cui illa custodia crederet. Hic cum crebri afferrent nuncii male rem gerere Dariū: premiq; ab scythis. Miltiades hortatus est pontis custodes ne fortuna datā occasionē liberandæ græciæ dimitterēt. nam si cum his copiis quas secū trāsportauerat interisset Darius nō solum europā fore tutā: sed etiā eos qui Asiam incolerēt græci genere liberos a persa℞ futuros dominatione & periculo. Id & facile effici posse. Pontę enim rescisso regem uel hostiū ferro uel inopia paucis diebus interiturū. Ad hoc cōsiliū cū pleriq; accederēt: Histiæus milesius ne res cōficeret obstitit dicēs nō idē ipsis qui summas imperii tenerēt expedire & multitudini q̃ Darii regno ipso℞ niteret dominatio. Quo ex tincto ipsos potestate expulsos ciuib9 suis pœnas daturos. Itaq; adeo se abhorrere a cætero℞ cōsilio: ut nihil putet ipsis utilius q̃ cōfirmari regnū persa℞. Huius cum sententiā plurimi essent secuti: Miltiades nō dubitās tā multis consciis ad regis aures cōsilia sua puentura chersonnesum reliquit. ac rursus athenas demigrauit: cuius ratio & si non ualuit: tamen magnopere est laudanda: cū amicior omnium libertati q̃ suæ fuerit dominationi. Darius aūt cum ex europa in Asiā redisset hortātibus amicis ut græciā redigeret in suam potestatē classem quingenta℞ nauiū cōparauit: eiq; Datin præfecit & Artapernē. hisq; ducenta peditum milia decem equitū dedit: causam interferens se hostem esse Atheniensibus q̃ eo℞ auxilio iones sardis expugnassent: suaq; præsidia īterfecissent. Illi præfecti regii classe ad euboeam appulsa celeriter Erythream ceperunt: omneq; eius gentis ciues abreptos in Asiam ad regē miserunt. Inde ad atticā accesserūt; ac suas copias in campū

marathona deduxerunt. Is est ab oppido circiter milia passus decẽ. Hoc tumultu athenienses tã propinquo tãq; magno permoti auxiliũ nusq̃ nisi a lacedæmoniis petiuerũt: Philippumq; cursorem eius generis qui hemerodromi uocantur lacedæmonem miserunt: ut nunciaret q̃ celeri opus esset auxilio. Domi autẽ creati decem prætores qui exercitui præessent: in eis Miltiades: inter quos magna fuit contentio utrũ mœnibus defenderẽt: an obuiã irent hostibus: an æq; cõtenderent. Vnus Miltiades maxime nitebat̃: ut primo quoq; tempore castra fierent. Id si factũ esset & ciuibus animũ accessurũ cum uiderent de eorũ uirtute non desperari: & hostes eadẽ re fore tardiores si animaduerterent audere aduersus se tã exiguis copiis dimicari. Hoc in tempore nulla ciuitas atheniensib9 auxilio fuit præter platæenses: ea mille misit militũ. Itaq; horũ aduentu decẽ milia armatorũ cõpleta sunt: quæ manus mirabili flagrabat pugnandi cupiditate: quo factũ est ut plus q̃ collegæ Miltiades ualuerit. Eius enim auctoritate ĩpulsi atheniẽses copias ex urbe eduxerunt: locoq; idoneo castra fecerunt. deinde postero die sub montis radicib9 acie e regione instructa noua arte ui summa prœliũ cõmiserũt. Nãq; arbores multis locis erãt raræ hoc cõsilio: & ut montiũ tegerentur altitudine: & arboꝝ tractu equitatus hostiũ impediret̃: ne multitudine clauderent̃. Datis etsi nõ locũ æquũ uidebat suis: tñ fret9 numero copiaꝝ suaꝝ cõfligere cupiebat. Eoq; magis q̃d prius q̃ Lacedæmonii subsidio uenirent dimicare utile arbitrabat̃. Itaq; in acie peditũ centũ: equitũ decẽ milia ꝓduxit: prœliũq; cõmisit. In quo tanto plus uirtutẹ ualuerũt atheniẽses ut decẽplicẽ numeꝝ hostiũ ꝓfligarẽt:

adeoq; pteruerũt:ut pſæ nõ caſtra:ſed naues peterẽt. Qua pugna nihil adhuc eſt nobili9. Nulla enim unq̃ tã exigua manus tãtas opes ꝓſtrauit. Cuius uictoriæ nõ alienũ uidetur quale premiũ Miltiadi ſit tributũ docere:quo facilius intelligi poſſit eãdẽ omniũ ciuitatũ eſſe naturã:ut populi nr̃i honores quondã fuerunt rari & tenues:ob eãq; cauſam glorioſi:nunc autẽ effuſi atq; aboleti:ſic olim apud atheniẽſes fuiſſe reperimus. Nãq; huic Miltiadi q athenas totãq; græciã liberauit:talis honos tribut9 eſt in porticu quæ poecile uocat̃ cũ pugna depingeret̃ marathonia:ut in decẽ prætoꝝ numero prima eius imago poneret̃:Iſq; hortaret̃ milites prœliũq; cõmitteret. Idẽ ille populus poſtea q̃ maius impiũ eſt nactus & largitione magiſtratuũ corruptus eſt:trecẽtas ſtatuas Demetrio phalereo decreuit. Poſt hoc prœliũ claſſem ſeptuagita nauiũ atheniẽſes eidẽ Miltiadi dederũt:ut iſulas quæ barbaros adiuuerãt bello pſequeret̃. Quo ĩpio pleraſq; ad officiũ redire coegit:nõ nullas ui expugnauit. Ex his paꝝ iſulã opibus elatã cũ orone recõciliare nõ poſſet:copias e nauib9 eduxit:urbẽ opibus clauſit:omniq; cõmeatu priuauit. Dein uineis ac teſtudinibus cõſtitutus ꝓpius muros acceſſit:cũ iã ĩ eo eſſet ut oppido potiret̃ ꝓcul in cõtinenti lucus q ex inſula cõſpiciebat̃:neſcio quo caſu nocturno tẽpore incenſus eſt:cui9 flãma ut ab oppidanis & oppugnatorib9 ẽ uiſa utriſq; uenit in opĩonẽ ſignũ a claſſiariis regiis datũ. Quo fcm̃ ẽ ut parii a deditione deterrerent̃. & Miltiades timẽs ne claſſis regia aduentaret incẽſis opibus quæ ſtatuerat:cũ totidẽ nauibus atq; erat ꝓfectus athenas magna cũ offenſione ciuiũ ſuorũ rediret. Accuſatus ergo proditionis q cum paꝝ ex-

pugnare possset a rege corruptus infectis reb9 a pugna di/scessisset. Eo tpe æger erat uulneribus quæ in oppugnãdo oppido ceperat. Itaq; quoniã ipse pro se dicere non posset uerba fecit frater eius Dagoras. Causa cognita capitis ab/solutus pecunia multatus est. Eaq; lis quinquaginta talen tis æstimata est quãtus ĩ classem sumptus factus erat. Hãc pecuniã quod soluere nõ poterat in uincla publica cõiect9 est. Ibiq; diem obiit supremũ. hic etsi crimine pario est ac/cusatus: tamen alia fuit causa damnationis. Nãq; atheniẽ/ses propter Pisistrati tyrãnidem quæ paucis annis ante fue rat omniũ suoꝝ ciuium potentiã extimescebant. Miltia/des multũ in imperiis magistratibusq; uer satus nõ uideba tur posse esse priuatus: præsertim cũ consuetudine ad im/perii cupiditatem trahi uideretur. Nã chersonneso omnes illos quos habitarat annos perpetuã obtinuerat domina/tionẽ: tyrãnusq; fuerat appellatus sed iustus. Nõ erat enim ui consecutus: sed suorum uoluntate: eãq; potestatẽ bonita te retinebat. Omnes autẽ & habentur & dicuntur tyranni q potestate sunt ꝑpetua in ea ciu itate: quæ libertate usa est. ed in Miltiade erat cũ summa humanitas: tum mira S comitas: ut nemo tã humilis esset: cui nõ ad eũ aditus pa/teret. magna auctoritas apud oẽs ciuitates nobile nomen: laus rei militares muxima. Hæc populus respiciẽs maluit eum innoxium plecti q̃ se diutius esse in timore.

THEMISTOCLIS VITA.

THEMISTOCLES Neocli filius atheniẽsis. Hui9 uitia ineuntis adolescẽtiæ magnis sunt emẽdata uir tutibus: adeo ut anteferatur huic nemo: pauci pares putẽ/tur. Sed ab initio est ordiẽdũ. Pater eius Neocles genero/

sus fuit. Is uxorē Acarnanā ciuem duxit: ex qua natus est Themistocles: qui cū minus esset ꝓbatus parentibus q & liberius iusto uiuebat: & rem familiarē negligebat: a patre exhæredatus est: quæ cōtumelia nō fregit eum: sed erexit. Nam cū iudicasset sine summa industria non posse eā extingui: totū se dedidit reipublicæ diligentius amicis famæq; seruiens. multū in iudiciis priuatis uersabatur. sæpe in concionē populi prodibat. Nulla res maior sine eo gerebatur: celeriterq; quæ opus erāt reperiebat. Neq; minus in rebus gerēdis promptus q̄ excogitandis erat. Quod & de instātibus ut ait Thucydides uerissime iudicabat: & de futuris callidissime coniiciebat. Quo factum est ut breui tēpore illustraret̃. Primus aūt gradus fuit capessendæ reipublicæ bello corcyræo: ad quod gerēdū prætor a populo factus: nō solū præsenti bello: sed etiā reliquo tempore ferociorem reddidit ciuitatē. Nam cū pecunia publica quæ ex metallis redibat largitione magistratuū quot annis interiret: Ille ꝑsuasit populo ut ea pecunia classis centū nauium ædificaret̃. Qua celeriter effecta primū corcyræos fregit. Deinde maritimos prædones cōsectando mare tutū reddidit. In quo cū diuitiis ornauit: tum etiā peritissimos belli naualis fecit Athenienses. Id quātæ saluti fuerit uniuersæ Græciæ bello cognitū est Persico. Nam cū Xerxes & mari & terra bellū uniuersæ ferret Europæ cū tantis eā copiis inuasit: quātas neq; ante neq; postea habuit quisq̄. Huius enim classis mille & ducentaꝝ nauiū longaꝝ fuit: quā duo milia onerarioꝝ sequebātur. Terrestres aūt exercitus septingentoꝝ miliū peditū: equitū quadringentoꝝ miliū fuerunt. Cuius de aduentu cū fama in Græciā esset

perlata:& maxime Athenienses peti dicerentur ꝓpter pu/
gnam marathoniā miserunt delphos consultū quidnā fa/
cerēt de rebus suis. Deliberātibus Pythia respōdit:ut mœ/
nibus ligneis se munirent. Id responsum quo ualeret cum
intelligeret nemo: Themistocles ꝑsuasit cōsiliū esse Apol/
linis:ut in naues se suaq; conferrent: eum enim significari
murū ligneum. Tali cōsilio probato addunt ad superiores
totidem naues triremes:suaq; omnia quæ moueri poterāt
partim Salaminā:partim Troezenem asportāt:arcem sa/
cerdotibus paucisq; maioribus natu ac sacra procuranda
tradūt:reliquum oppidū relinquūt. Huius cōsilium plæ/
risq; ciuitatib9 displicebat:& in terra dimicari magis pla/
cebat. Itaq; missi sunt delecti cum Leonida Lacedæmo/
nioꝝ rege:qui Thermopylas occuparēt: longiusq; barba/
ros progredi nō paterentur. Hi uim hostium non sustinu/
erūt:eoq; loco omnes interierūt. At classis cōmunis Græ/
ciæ trecentaꝝ nauiū in qua ducentæ erant Atheniensium:
Primū apud Arthemisiū inter Euboeam cōtinentēq; ter/
ram cum classiariis regis conflixit. Angustias enim The/
mistocles quærebat:ne multitudine circumiretur. hic & si
pari prœlio discesserant:tamen eodem loco non sunt ausi
manere:q, erat periculum ne si pars nauiū aduersariorum
Euboeā superassent:ancipiti premerentur periculo. Quo
factū est ut ab Arthemisio discederēt. & aduersum Athe/
nas apud Salaminā classem suam constituerent. At Xer/
xes Thermopylis expugnatis protinus accessit astū: idq;
nullis defendentibus interfectis sacerdotibus quos in arce
inuenerat incendio deleuit: cuius fama perterriti classia/
rii cum manere non auderent:& plurimi hortarentur ut

domos ſuas diſcederent: mœnibuſq; ſe defenderent: Themiſtocles unus reſtitit: & uniuerſos eſſe pares aiebat: diſperſos teſtabatur perituros. Idq; Eurybradi regi Lacedæmoniorũ qui tum ſummæ imperii præerat fore affirmabat. Quem cum minus q̃ uellet moueret noctu de ſeruis ſuis quem habuit fideliſſimum ad regem miſit: ut ei nunciaret ſuis uerbis aduerſarios eius in fuga eſſe. Qui ſi diſceſſiſſent maiore cum labore & longinquiore tẽpore bellum confecturum cum ſingulos cõſectari cogeretur: quos ſi ſtatim aggrederetur breui uniuerſos oppreſſurum. Hoc eo ualebat ut ingrati ad depugnandum omnes cogerentur. Hac re audita barbarus nihil doli ſubeſſe credẽs poſtridie alieniſſimo ſibi loco contra oportuniſſimo hoſtibus adeo anguſto mari conflixit: ut eius multitudo nauiũ explicari nõ potuerit. Victus ergo eſt magis cõſilio Themiſtoclis q̃ armis Græciæ. Hic & ſi male rem geſſerat: tamen tantas habebat reliquias copiaꝝ: ut etiã cum his opprimere poſſet hoſtes. Interim ab eodẽ gradu depulſus eſt. Nam Themiſtocles uerens ne bellare perſeueraret certiorem eum fecit id agi ut pons quem ille in Helleſponto fecerat diſſolueretur: ac reditu in Aſiam excluderetur. Idq; ei perſuaſit: Itaq; qua ſex mẽſibus iter fecerat: eadẽ minus diebus triginta in Aſiam reuerſus eſt. Seq; a Themiſtocle nõ ſupatũ ſed conſeruatũ iudicauit. Sic unius uiri prudẽtia Græcia liberata eſt: Europæq; ſuccubuit Aſia. Hæc altera uictoria quæ cũ marathonio poſſit cõparari trophæo. Nã pari mõ apud Salaminã paruo numero nauiũ maxĩa poſt hoĩum memoriã claſſis eſt deuicta. Magnus hoc bello Themiſtocles fuit: nec minor in pace. Cũ enim phalereo

portu neq; magno neq; bono Atheniẽses uterent̃:hui9 cõ/
silio triplex piræei portus cõstitutus est:isq; mœnibus cir/
cũdat9:ut ipsã urbẽ dignitate æqpararet:utilitate superaret.
Idẽq; muros Atheniensiũ restituit præcipuo periculo suo:
Nãq; Lacedæmonii causam idoneã nacti propter barba/
rorũ excursiones qua negarent oportere extra Peloponne/
sum ullam urbẽ hr̃e ne essent loca Punita quæ hostes pos/
siderent:Athenienses ædificãtes ꝓhibere sunt conati. Hoc
longe alio spectabant atq; uideri uolebãt. Atheniẽses enim
duabus uictoriis Marathonia & Salaminia tantã gloriã
apud omnes gentes erant cõsecuti:ut intelligerent Lacedæ
monii de principatu sibi cũ his certamen fore. Q uare eos
q̃ infirmissimos esse uolebant. Postq̃ autẽ audierũt muros
instrui legatos Athenas miserunt:qui id fieri uetarent. His
præsentibus desierunt:ac se de ea re legatos ad eos missu/
ros dixerunt. hanc legationẽ suscepit Themistocles:& so/
lus primo ꝓfectus est. Reliqui legati ut eũ exirent cũ satis
altitudo muri extructa uideret̃ præcepit. Interim oẽs serui
atq; liberi opus facerent:neq; ulli loco parcerẽt:siue sacer:
siue prophanus:siue priuatus:siue publicus:& undiq; qđ
idoneũ ad muniẽdũ putarent cogerent. Q uo factũ est ut
Atheniensiũ muri ex sacellis sepulchrisq; cõstarent. Themi
stocles autẽ ut Lacedæmonẽ uenit adire ad magistrat9uo/
luit:& dedit operã:ut q̃longissime tẽpus duceret̃:causam
interponens se collegas expectare:Cũ Lacedæmonii que/
rerent̃ opus nihilominus fieri:eũq; ea re conari fallere in/
terim reliqui legati sunt cõsecuti:a quibus cũ audisset non
multũ superesse munitionis ad ephoros Lacedæmonioꝶ
accessit:penes quos sũmũ imperiũ erat:atq; apud eos cõ/

tendit falsa his esse delata. Quare æquum esse illos bonos uiros nobilesq; mittere: qbus fides adhiberet qui rem explorarēt. Interea se obsidē retinerēt. gestus est ei mos: tresq; legati functi summis honoribus athenas missi sunt. Cū his collegas suos Themistocles iussit ꝓficisci. Hisq; prædixit ut ne prius Lacedæmonioꝝ legatos dimitterēt q̄ ipse esset remissus. Hos postq̄ athenas peruenisse est ratus ad magistratū senatūq; Lacedæmonioꝝ adiit: & apud eos liberrime ꝓfessus est Atheniēses suo cōsilio qd' cōmuni iure gentium facere possent: deosq; publicos suosq; patrios ac penates quo facili9 ab hoste possent defendere muris sæpsisse: neq; eo quod inutile esset Græciæ fecisse. Nā illoꝝ urbē & ꝓpugnaculū oppositū esse barbaris: apud quā iam bis classem regiā fecisse naufragiū: Lacedæmonios autē male & iniuste facere qui id potius intuerent quod ipsoꝝ dominationi q̄ quod uniuersæ græciæ utile esset. Quare si suos legatos accipe uellent quos athenas miserāt: se remitterēt. Aliter illos nunq̄ in patriā essent recepturi. Tamē nō effugit ciuiū suoꝝ inuidiā. Nanq; ob eundē timorē quo damnatus erat Miltiades testaꝝ suffragiis e ciuitate eiectus argos habitatū concessit. Hic cū ꝓpter multas eius uirtutes magna cum dignitate uiueret: Lacedæmonii legatos athenas miserūt: qui eū absentē accusarent ꝙ societatē cū rege Perse ad Græciā opprimēdam fecisset. hoc crimine absens ꝓditionis est dānatus. Id ut audiuit quod non satis tutū se argis uidebat corcyram demigrauit. Ibi cū eius principes ciuitatis animaduertissent timere neꝑpter se bellū his Lacedæmonii & atheniēses inducerēt: ad Admetū molossoꝝ regē cū quo ei hospitiū fuerat cōfugit. Huc cū uenisset &

in præsentia rex abesset:quo maiore religione se receptum tueretur:filiã eius paruulã arripuit:& cũ ea se in sacrariũ q́d summa colebatur cerimonia coniecit. Inde non prius egressus est q̃ rex eum data dextra in fidẽ reciperet:quam præstitit. Nã cum Atheniensibus & Lacædemoniis exposceret publice supplicẽ nõ prodidit:monuitq; ut cõsuleret sibi. Difficile enim esse i tã ꝓpinquo loco tuto eũ uersari. Itaq; phidnã eũ deduci iussit:& q́d satis esse præsidii dedit. Hic in nauẽ omnibus ignotus ascendit. Quæ cũ tempestate maxima naxũ ferretur:ubi tũ Atheniensium erat exercitus:sensit Themistocles si eo ꝑuenisset sibi esse pereundũ. Hac necessitate coactus domino nauis qs sit aperit multa pollicens si se cõseruasset. At ille clarissimi uiri captus misericordia diẽ nocteq; procul ab insula in salo nauem tenuit in anchoris:neq; quẽquã ex ea exire passus est. Inde ephesum ꝑuenit. Ibiq; Themistoclẽ exponit:cui ille pro meritis gratiã postea rettulit. Scio plerosq; ita scripsisse Themistoclem Xerxe regnante in Asiã trãsisse. Sed ego potissimũ Thucydidi credo quod ætate ꝓximus erat:qui illorum temporũ historiam reliquerunt:& eiusdem ciuitatis fuit. Is autem ait ad Artaxerxẽ eũ uenisse:atq; his uerbis epistolam misisse. Themistocles ueni ad te qui plurima mala omniũ graiorum in domũ tuam intuli:cũ mihi necesse fuit aduersus patrẽ tuum bellare:patriamq; meam defendere. Idem multo plura bona feci:postq̃ in tuto ipse & ille in periculo esse cœpit. Nam cũ in asiã reuerti uellet prœlio apd́ Salaminã facto litteris eũ certiorẽ feci. id egi ut pons quẽ in Hellesponto fecerat dissolueretur:atq; ab hostibus circumiretur. Quo nuncio ille periculo est libe-

ratus. Nunc autē confugi exagitatus a cuncta græcia tuā petens amiciciā: quā si ero adeptus nō minus me bonum amicū habebis q̄ fortē inimicū ille expertus est. Ea autem rogo ut de his rebus quas tecū colloqui uolo annum mihi temporis des: eoq; transacto ad te uenire patiaris. Huius rex animi magnitudinē admirans: cupiensq; talem uirum sibi conciliari ueniā dedit. Ille omne illud tempus litteris sermoniq; persarū dedit: quibus adeo eruditus est: ut multo cōmodius dicat̃ apud regē uerba fecisse q̄ hi poterant q in perside erant nati. Hic cum multa regi esset pollicitus: gratissimūq; illud si suis uti cōsiliis uellet illud græciā bello oppressurū: magnis muneribus ab Artaxerxe donatus in Asiā rediit: domiciliūq; magnesiæ sibi cōstituit. Nanq; hanc urbē ei rex donarat his usus uerbis: quæ ei panē præberet: ex qua regione qnquaginta talenta quot annis redibant. Lampsacū unde uinū sumeret: Minthā ex qua obsoniū haberet. Huius ad nostrā memoriā monumēta manserunt duo: sepulchrū prope oppidū in quo est sepultus. statuæ in foro magnesiæ: de cui9 morte multis modis ap d' plerosq; scriptum est. Sed nos eundem potissimum Thucydidem auctorem probamus: qui illū ait magnesiæ morbo mortuum: neq; negat fuisse famam uenenū sua sponte sumpsisse: cū se quæ regi de græcia opprimenda pollicitus esset: præstare posse desperaret. Idē ossa eius clam in Attica ab amicis sepulta: quoniā legibus non cōcederetur quod proditionis esset damnatus memoriæ prodidit.

ARISTIDIS VITA.

ARISTIDES Lysimachi filius Atheniēsis æqualis fere fuit Themistocli. Itaq; cū eo de principatu cō-

tendit. Nāq; obtrectarunt inter se. In his autē cognitū est quāto antestaret eloquētia innocentiæ: q̄q̄ enim adeo excellebat Aristides abstinētia: ut unus post hominū memoriā quod quidē nos audierimus cognomine Iustus sit appellatus: tamē a Themistocle collabefactus testula illa exilio decē annoꝝ mulctatus est. Qui quidē cū intelligeret reprimi concitatā multitudinē nō posse: cedensq; animaduerteret quēdā scribētē ut patria pelleretur: quæsisse ab eo dicit: quare id faceret: aut q̄d Aristides cōmisisset: cur tātā pœnā dignus duceret. Cui ille respondit se ignorare Aristidē: sed sibi nō placere ꝙ cupide elaborasset ut præter cæteros iustus appellaret. Hic decē ānoꝝ legitimā pœnā nō ꝑtulit. Nā postq̄ Xerxes in græciā descēdit sexto fere anno q̄ erat expulsus: Plebiscito in patriā restitutus est. Interfuit autē pugnæ nauali apud Salaminā quæ facta est prius q̄ pœna liberaret. Idē prætor fuit Atheniensiū apud plateas in prœlio quo Mardonius fusus: barbarorūq; exercitus interfectus. Neq; aliud est ullū huius in re militari illustre factū q̄ huius iperii memoria. Iustitiæ uero & æqtatis & innocentiæ multa: In primis ꝙ eius æquitate factū est cū in cōmuni classe esset græciæ simul cum Pausania: quo duce Mardonius erat fugatus: ut summa impii maritimi a Lacedæmoniis transferret ad Athenienses. Nāq; ante id tēp9 & mari & terra duces erant Lacedæmonii: tū autē & intēperantia Pausaniæ & iusticia factū est Aristidis: ut oēs fere ciuitates græciæ ad Atheniensiū societatē se applicarēt: & aduersus barbaros hos duces diligerent sibi quos quo facilius repellerent si forte bellū renouare conarent: ad classes ædificādas exercitusq; cōparādos quātū pecūiæ quæq;

ciuitas daret Aristides delectus est qui cõstitueret.eius arbitrio quadringenta & sexaginta talenta:quot annis delũ sunt collata.Id enim cõmune ærariũ esse uoluerũt. Quæ omnis pecunia postero tẽpore athenas trãslata est.hic qua fuerit abstinentia nullũ est certius indiciũ q̃ cũ tãtis rebus præfuisset in tanta paupertate decessit:ut qui efferret uix reliquerit. Quo factũ est ut filiæ eius publice alerent:& de cõmuni ærario dotibus datis collocarent. Decessit aũt fere post annũ quartũ q̃ Themistocles athenis erat expulsus.

PAVSANIAE VITA.

PAusanias Lacedæmonius magnus homo:sed uarius in omni genere uitæ fuit. Nã ut uirtutib9 eluxit:sic uitiis est obrutus. huius illustrissimũ est prœlium apud plateas. Nãq; illo duce Mardonius Satrapes regius natione medus regis gener in primis oĩum Persa℞ & manu fortis & cõsilii plenus cũ ducẽtis milibus peditũ:quos uiritim legerat:& uiginti milib9 equitũ:Haud ita magna manu Græcia fugatus est: eoq; ipse dux cecidit prœlio: qua uictoria elatus plurima miscere cepit:& maiora concupiscere. Sed primũ in eo est reprehensus: q cũ ex præda tripodẽ aureũ delphis posuisset epigrãmate scripto in quo erat hæc sentẽtia suo ductu barbaros apud Plateas eẽ delectos:eiusq; uictoriæ ergo Apollini donũ dedisse. Hos uersus Lacedæmonii exculpserunt:neq; aliud scripserunt q̃ nomina ea℞ ciuitatum qua℞ auxilio persæ erant uicti. Post id prœliũ eundẽ Pausaniam cum classe cõmuni Cyprum atq; Hellespontũ miserũt:ut ex his regionibus barbaro℞ præsidia depelleret. Pari felicitate in ea re usus elatius se gerere cœpit maioresq; appetere res. Nam cum bi

137

zātio expugnato cepisset cōplures psarꝝ nobiles: atqꝫ in his nō nullos regis ꝓpinquos: hos clā Xerxi remisit: simulans ex uinclis publicis effugisse: & cū his Cōgylū Cretēsem q lr̄as regi redderet: in quibus hæc fuisse scripta Thucydides memoriæ ꝓdidit. Pausanias dux Spartæ quos bizātii ceperat postq̄ ꝓpinquos tuos cognouit tibi muneri misit: seqꝫ tecū affinitate cōiungi cupit. Quare si tibi uidet̄ des ei filiam tuā nuptā. Id si feceris & Sparten & cæterā Græciā sub tuā potestatē se adiuuāte redacturū pollicetur. His de rebus si quid geri uolueris certū hominē ad eū mittas face cū quo colloquat̄. Rex tot hominū salute tā sibi necessariorꝝ magnope gauisus: cōfestim cū epistola Arthabarꝝ ad Pausaniā mittit: in qua eū collaudat. Petit ne cui rei parcat ad ea pficienda quæ pollicet̄. Si fecerit nullius rei a se repulsam laturū. Huius Pausanias uoluntate cognita alacrior ad rem gerendā factus in suspitionē cecidit Lacedæmoniorꝝ. In quo facto domū reuocatus accusatus capitis absoluit̄: mulctat̄ tamē pecunia. Quā ob causam ad classem remissus nō ē. At ille post nō multo sua spōte ad exercitū rediit: & ibi nō callida sed dementi orōne cognita patefecit. Non enī mores patrios solū sed etiā cultū uestitūqꝫ mutauit: apparatu regio utebatur: ueste medica. Satellites medi & Aegyptii sequebāt̄. epulabat̄ more Persarꝝ luxuriosius q̄ qui aderant ppeti possent. Aditū petētibus cōueniendi nō dabat: supbe respōdebat: & crudeliter impabat: Spartā redire nolebat. Colonas q locus in agro troade est se cōtulerat: ibi cōsilia tū patriæ: tū sibi inimica capiebat. Id postquā Lacedæmonii resciuerūt: legatos ad eū cū lana miserunt. in qua more illorꝝ erat scriptū nisi domū reuer-

teret᷑:se capitis eũ dãnaturos.hoc nũcio motus sperãs se ẽt cũ pecunia & potẽtia instãs piculũ posse depellere:domũ rediit.Huc ut uenit ab Ephoris ĩ uincula publica cõiectus est.Licet enĩ legib9 eoꝝ cuius Ephoro hæc facere regi huic tñ se expediuit:neqꝫ eo magis carebat suspitiõe. Nã opinio manebat eũ cũ rege hr̃e societatẽ.Est gen9 quoddã hoĩum qđ ilotæ uocat᷑:quoꝝ magna multitudo agros Lacedæmonioꝝ colit:seruorũqꝫ munere fungit᷑.hos quoqꝫ sollicitare spe libertatis existimabatur.Sed quod haꝝ reꝝ nullũ erat apertum crimen quo argui posset:nõ putabãt de tali tanqꝫ claro uiro suspitionibus oportere iudicari:& expectandũ dum se ipsa res aperiret.Interim Argilius quidã adolescẽtulus quem puerũ Pausanias amore uenereo dilexerat cũ epistolam ab eo ad Arthabarũ accepisset: eiqꝫ in suspitionem uenisset aliquid in ea de se esse scripitum:quod nemo eoꝝ rediisset qui super tali causa eodẽ missi erant uincula epistolæ laxauit: signoqꝫ detracto cognouit si pertulisset sibi esse pereundũ: Erant in eadem epistola quæ ad ea pertinebãt quæ inter regem Pausaniãqꝫ cõuenerant. Has ille litteras Ephoris tradidit.Nõ est prætereunda grauitas Lacedæmonioꝝ hoc loco. Nam ne huius quidem indicio impulsi sunt:ut Pausaniam comprehenderent.Neqꝫ prius uim adhibendam putauerũt : q̃ se ipse iudicasset. Itaqꝫ huic iudici quid fieri uellent præceperunt.Fanũ Neptũni est Tænari:quod uiolari nefas putant Græci.Eo ille iudex confugit:in ara consedit. Hanc iuxta locum fecerunt sub terra ex quo posset audiri si quis quid loqueretur cum Argilio. Huc ex Ephoris quidam descenderunt. Pausanias ut audiuit Argilium confugisse in aram pertur/

batus uenit eo. Quem cũ supplicem dei uideret in ara se/dentem: quærit causæ quid si tam repẽtini cõsilii: huic ille quid ex litteris cõperisset aperit. Modo magis Pausanias perturbatus orare cœpit ne nũciaret: nec se meritũ de illo optime proderet. Quod si eam ueniã sibi dedisset tantisq; implicitũ rebus subleuasset: magnoq; ei premio futurum: His rebus Ephori cognitis satius putauerunt in urbe eum comprehendi: quo cũ essent ꝑfecti: & Pausanias placato Argilio ut putabat Lacedæmonem reuerteretur: in itinere cum iam in eo esset ut comprehenderetur: & ex uultu cu/iusdã Ephori qui eum admonere cupiebat: insidias sibi fi/eri intellexit. Itaq; paucis ante gradibus: q̃ qui sequebant̃ in ædem Mineruæ quæ chalciœcus uocat̃ cõfugit. Hinc ne exire posset statim Ephori ualuas eius ædis obstruxe/runt: tectũq; sunt demoliti: quo facilius sub diuo interi/ret. Dicitur eo tẽpore matrẽ Pausaniæ uixisse: eamq; iam magno natu postq̃ de scelere filii cõperit in primis ad fi/liũ claudendũ lapidẽ ad introitũ ædis attulisse. Sic Pau/sanias magnã belli gloriã turpi morte maculauit. Hic cũ semianimis de tẽplo elatus esset: confestim animã efflauit. Cuius mortui corpus cũ eodẽ nõnulli dicerẽt inferri opor/tere: quo hi q ad suppliciũ essent dati: displicuit pluribus: & ꝓcul ab eo loco infoderũt quo erat mortuꝰ. Inde poste/rius delphici respõso exutus: atq; loco sepultus ubi uitã fi/nierat.

CYMONIS VITA.

CYmon Myltiadis filius Atheniensis diro admodũ initio usus est adolescentiæ. Nam cũ pater eius litẽ extimatã populo soluere nõ potuisset: ob eamq; causam in uinculis publicis decessisset: Cymon eadem custodia tene/

batur:neq; legibus Atheniẽsibus emitti poterat nisi pecu-
niam qua pater mulctatus esset soluisset. Habebat autẽ in
matrimonio sororẽ germanã suã nomine Elpenicẽ:nõ ma-
gis amore q̃ more ductus. Nam Atheniẽsibus licet eodem
patre natas uxores ducere. Huius cõiugii cupidus Callias
quidã nõ tam generosus q̃ pecuniosus qui magnas pecu-
nias ex metallis fecerat:egit tũ Cymone:ut eã sibi uxorem
daret. Id si impetrasset se pro illo pecuniã soluturũ. Is cũ
talem conditionẽ aspernaret᷑:Elpenices negauit se passurã
Myltiadis ꝓgeniẽ in uinculis publicis interire:quoniãꝓ-
hibere:seq; Calliæ nupturã:si ea quæ polliceretur præsti-
tisset. Tali modo custodia liberatus Cymon: celeriter ad
principatũ peruenit. Habebat enim satis eloquẽtiæ:sum-
mã liberalitatẽ:magnã prudentiã:cum iuris ciuilis:tũ rei
militaris᷑ ꝙ cũ patre a puero in exercitu fuerat uersatus.
Itaq; hic & populũ urbanũ ĩ sua tenuit potestate:& apud
exercitũ plurimũ ualuit auctoritate. Primũ impator apd
flumen Strymona magnas copias Thracũ fugauit. Op-
pidũ Amphipolim cõstituit:eoq; decẽ milia Atheniensiũ
in Coloniã misit. Idem iteꝝ apud Mychalem Cyprioꝝ &
Phœnicũ ducentaꝝ nauiũ classem deuictã cepit. Eodẽq;
die pari fortuna in terra usus est. Nanq; hostium nauibus
captis statim ex classe copias suas eduxit: barbaroꝝ uno
concursu maximã uim prostrauit. Qua uictoria magna
præda potitus cũ domũ reuerteretur: quod iam nõ nullæ
insulæ ꝓpter acerbitatem imperii defecerãt: alienatas ad
officiũ redire coegit Cyprũ:quã eo tẽpore dolopes incole-
bant:ꝙ cõtumacius se gesserãt uacue fecit sessores ueteres
urbe insulaq; eiecit:agros ciuibus dimisit thasios opulẽtia

fretos suo aduentu fregit. His e manubiis athenarum arx quæ ad meridiē uergit est ornata. Quibus rebus cū unus in ciuitate maxime floreret: incidit in eandē inuidiā quam pater suus cæteriq; Atheniensiū principes. Nā testarū suffragiis q illi Ostiacismon uocant: decē annorū exilio mulctatus est. Cuius facti celerius Athenienses q̄ ipsum pœnituit. Nā cū ille aīo forti inuidiæ ingratorū ciuiū cessisset: bellūq; Lacedæmonii Atheniēsibus indixissent. Cōfestim notæ eius uirtutis desideriū consecutū est. Itaq; post annū quintū: quo expulsus erat in patriam reuocatus est. Ille q hospitio Lacedæmoniorū utebatur: satius existimans cōtēdere Lacedæmonē sua sponte est profectus: pacemq; inter duas potentissimas ciuitates cōciliauit. Post neq; ita multo Cyprū cum ducentis nauibus imꝑator missus: cū eius maiorē partē insulæ deuicisset: in morbū implicitus in oppido Cythio est mortuus. Hunc Atheniēses nō solū ī bello: sed in pace diu desiderauerunt. Fuit enim tāta liberalitate cū cōpluribus locis prædia hortosq; haberet: ut nūq̄ in eis custodē imposuerit fructus seruandi gratia: ne qs impediretur: quo minus eius rebus quibus uellet frueret᷑. Semꝑ eū pedissequi cū nummis sunt secuti: ut si qs opis eius indigeret: haberet qd' statim daret: ne differendo uideret᷑ negare. Sæpe cū aliquem offensum fortuna uideret minus bene uestitū suum aminiculū dedit. Quotidie sic cœna ei quoquebat᷑: ut quos cōuocatos uidisset: in foro oēs deuoraret: qd' facere nullum diem prætermittebat: Nulli fides ei9 nulli opa: nulli res familiaris defuit: multos locupletauit. Cōplures pauperes mortuos qui unde efferrent᷑ nō reliquissent; suo sumptu extulit. Sic se gerendo minime est

mirandum si & uita eius fuit secura:& mors acerba.

LYSANDRI VITA.

LYSANDER Lacedæmonius magnã reliquit sui famã magis felicitate q̃ uirtute partã. Athenienses enĩ in Peloponnexios sexto & uigesimo anno bellũ gerẽtes cõfecisse apparet:Id qua ratione cõsecutus sit latet. Nõ enim uirtute sui exercitus:sed immodestia factũ est aduersariorũm:qui quod dicto audientes impatoribus suis nõ erant dispalati in agris relictis nauibus in hostiũ uenerunt potestatem. Quo facto Athenienses se Lacedæmoniis dederunt. Hac uictoria Lysander elatus cum antea semper factiosus audaxq; fuisset:Sic sibi indulsit:ut eius opera in maximum odium Græciæ Lacedæmonii puenerint. Nã cum hanc causam Lacedæmonii dictassent sibi esse belli ut Atheniensiũ in potẽtẽ dominationẽ refrigerent. Postq̃ apud eghos flumẽ Lysander classis hostiũ est potitus:nihil aliud molitus est:q̃ ut omnes ciuitates in sua teneret potestate:Cum id se Lacedæmoniorum causa facere simularet. Nanq; undiq; qui Atheniensium rebus studuissent eiectis decẽ delegerat:in una quaq; ciuitate quibus summũ imperiũ potestatem que omniũ rerum cõmitteret. Horũ in numero nemo admittebat̃ nisi q aut eius hospitio cõtineret̃:aut se illius fore ꝓpriũ fide cõfirmarat. Ita decẽ uirali ptãte in oĩbus urbibus cõstituta ipsiꝰ nutu oĩa gerebant̃. Cuiꝰ de crudelitate ac pfidia satis est unã rẽ exẽpli gr̃a proferre ne de eodẽ plura enumerãdo fatigemus lectores. Victor ex Asia cũ reuerteret̃ thassumq; diuertisset:q ea ciuitas præcipua fide fuerat erga atheniẽses:pinde ac si iidẽ firmissimi solerẽt eẽ amici:q cõstãtes fuissẽt inimici:eã puer/

tere cõcupiuit. Vidit autẽ nisi in eo occultasset uoluntatẽ futuꝝ: ut thasii dilaberent: cõsulerẽtq; reb9 suis. Itaq; de/ cem uiralẽ suam potestatẽ sui ab illo cõstitutã sustulerunt Quo dolore incẽsus iniit cõsilia reges lacedæmonioꝝ tol/ lere. Sed sentiebat id sine ope deoꝝ facere nõ posse: ꝙ lace dæmonii oĩa ad oracula referre cõsueuerãt. Primũ delphi corũpere est conatus. Cũ id nõ potuisset dodonã adortus est. Hinc quoq; repulsus dixit se uota suscepisse quæ Ioui Hãmoni solueret. existimãs se Aphros facili9 corrupturũ. Hac spe cũ ꝓfectus eẽt i Aphricã: multũ eũ antistites Io/ uis fefellerũt. Nã nõ solũ corrũpi nõ potuerũt: sed etiã le/ gatos lacedæmona miserũt: q Lisandrũ accusarent ꝙ sacer dotes phani corrũpere conat9 eẽt Accusatus hoc crimine: iudicũq; absolutus sentẽtiis orchomeniis missus subsidio occisus est a thebanis apud alyarthũ. Quã uero de eo fo/ ret iudicatũ: oratio inditio fuit quæ post mortem in domo eius reperta est: in qua suadet lacedæmoniis ut regia po/ testate dissoluta: ex omnib9 dux deligat ad bellũ gerẽdũ: sed scripta ut deoꝝ uideret congruere sentẽtiæ: qua ille se habituꝝ pecunia fidens nõ dubitabat. hãc ei scripsisse Cle on Alycarnias dicit. Atq; hoc loco nõ est prætereundũ fa/ ctum Pharnabazi Satrapis regii. Nã cũ Lysander præfe/ ctus classis in bello multa crudeliter auareq; fecisset. Deq; his rebus suspicaret ad ciues suos esse platũ petiit a Phar/ nabazo: ut ad ephoros sibi testimoniũ daret quãta sancti/ tate bellũ gessisset: sociosq; tractasset: De eaq; re accurate scriberet. Magnã enim eius auctoritatẽ in ea re futuram. Hinc ille liberaliter pollicetur librũ grauẽ multis uerbis conscripsit: in quibus summis eũ effert laudibus. Quẽ eũ

legiſſet:probaſſetq; dum deſignatũr alterũ pari magnitu/dine ut diſcerni nõ poſſet:ſignatum ſubiecit:in quo accu/ratiſſime eius auaritiã perfidiãq; accuſarat:Hinc Lyſan/der domũ cũ rediſſet: poſtq̃ de ſuis rebus geſtis apud ma/ximũ magiſtratũ quæ uoluerat dixerat teſtimonii loco li/brum a Pharnabazo datum tradidit. Hũc ſummoto Ly/ſandro cum Ephori cognoſcerent:ipſi legendum dederũt. Ita ille imprudens ipſe ſuus fuit accuſator.

ALCIBIADIS VITA.

ALcibiades Cliniæ filius Athenienſis.In hoc natura quid efficere poſſit uidetur experta. Conſtat enim inter omnes qui de eo memoriæ ꝓdiderũt:nihil illo fuiſſe excellẽtius uel in uitiis uel in uirtutibus.Nam in ampliſ/ſima ciuitate ſummo genere omniũ ætatis ſuæ multo for/moſiſſimus ad omnes res aptus cõſiliiq; plenus. Nãq; im/perator fuit ſũmus mari & terra: diſertus:ut in primis di/cendo ualeret:& tanta erat cõmendatio oris atq; orationis ut nemo ei dicẽdo poſſet reſiſtere,deinde cũ tẽpus poſce/ret:laborioſus:patiens.liberalis:ſplẽdidus nõ minus in ui/ta q̃ uictu:affabilis:blandus:temporibus callidiſſime in/ſeruiens.Idẽ ſimulac ſe præmiſerat nec cauſa ſuberat qua/re animi laborẽ perferret: Luxurioſus:diſſolutus:libidino ſus:intemperãs reperiebat̃:ut omnes admirarẽtur in uno homine tantã diſſimilitudinẽ:tãq; diuerſam naturã.Edu/catus eſt in domo Periclis(priuignus enim ſuus fuiſſe di/citur.)Erudutus a Socrate.Socerũ habuit Hipponicum omniũ Græcæ linguæ eloquẽtia diſertiſſimũ:ut ſi ipſe fin gere uellet:neq; plura bona reminiſci:neq; maiora poſſet cõſeq:q̃ uel fortuna uel natura tribuerat.Ineũte adoleſcẽ/

143

tia amatus est a multis more Græcorum: in eis a Socrate de quo mentionẽ facit Plato in symposio. Nanq; eum induxit cõmemorantẽ se pernoctasse cũ Socrate: neq; aliter ab eo surrexisse ac filius a parẽte debuerit. Posteaq̃ robustior est factus nõ minus multos amauit. In quorum amore quoad licitum est odiosa multa delicate iocoseq; fecit: quæ referremus nisi maiora potioraq; haberemus. Bello Pelopõnesiaco huius cõsilio atq; auctoritate Athenienses bellum Syracusanis indixerunt: ad quod gerendũ ipse dux delectus est. Duo præterea collegæ dati Nicias & Lamacus. Id cũ appareretur prius q̃ classis exiret accidit: ut una nocte omnes hermæ quæ in oppido erãt Athenis deiicerent: præter unum qui ante ianuam erat: Androclides uocatus est. Hoc cum appareret non sine magna multorum consensione esse factum: q non ad priuatum: sed ad publicã rem pertineret: magnus multitudini timor est iniectus: nequa repentina uis in ciuitate existeret quæ libertatẽ opprimeret populi. Hoc maxime conuenire in Alcibiadem uidebatur: q & potentior & maior q̃ priuatus existimabatur. Multos enim liberalitate deuinxerat: plures enim opa forensi suos reduxerat. Quare fiebat ut omniũ oculos quotienscũq; in publicũ prodisset ad se cõuerteret: neq; ei par quisq̃ in ciuitate poneret. Itaq; nõ solum spem in eo habebant maximã: sed etiã timorẽ: q & obesse plurimũ & prodesse poterat. Aspergebat etiã infamia q in domo sua facere mysteria dicebat: quod nefas erat more Atheniensiũ: idq; non ad religionẽ sed ad coniurationẽ pertinere existimabatur. Hoc crimine in cõtentione ab inimicis compellebatur. Sed instabat tẽpus ad bellum pficiscendi. Id ille

intuens neq; ignorans ciuium suorum cõsuetudinem postulabat: siquid de se agi uellent potius de præsenti questio haberetur: q̃ absens inuidiæ crimine accusaretur. Inimici uero eius quiescendũ in præsenti quia nocere nõ posse intelligebant: & illud tempus expectandum decreuerunt: quo si exisset: ut absentem aggrederentur. Itaq; fecerunt. Nam postq̃ in Siciliam eum peruenisse crediderunt absentem ꝙ sacra uiolasset reũ fecerunt. qua de re cũ ei nuncius a magistratu in Siciliã missus esset: ut domũ ad cau am dicendã rediret: essetq; magna spe ꝓuinciæ bene administrandæ nõ parere uoluit: & in triremẽ quæ ad eũ deportandũ erat missa ascendit: ac thurios in Italiã ꝑuectus multa secũ reputans de immoderata ciuium suoꝝ licentia crudelitateq; erga nobiles utilissimũ ratus impendentem euitare tempestatẽ clam se a custodibus subduxit: & inde primũ elidem: deinde thebas uenit. Postq̃ autem se capitis damnatũ bonis publicatis audiuit: & id quod usu uenerat olympiade sacerdotes a populo coactos ut se deuouerent: eiusq; deuotionis quo testatior esset memoria exemplum in pila lapidea incisum esse positum in publico Lacedæmonẽ demigrauit. Ibi ut ipse prædicare cõsueuerat nõ aduersus patriã: sed inimicos suos bellum gessit: ꝙ iidem hostes essent ciuitati. Nam cũ intelligerẽt se plurimum prodesse reipublicæ ex ea eiecisse: plusq; iræ suæ q̃ utilitati cõmuni paruisse. Itaq; hui9 cõsilio Lacedæmonii cum Perse rege amiciciã fecerũt: deinde deceliã in Attica munierũt: præsidioq; ꝑpetuo ibi posito in obsidiõe Athenas tenuerũt. Eiusdẽ opa Ioniã a societate auerterũt Atheniensium: quo facto multo superiores bello esse cœperũt.

Neq; uero his rebus tã amici Alcibiadi sunt facti q̃ timore ab eo alienati. Nam cũ acerrimi uiri præstantẽ prudentiã in omnibus rebus cognoscerẽt pertimuerũt ne caritate pa/trie ductus aliquãdo ab ipsis descisceret & cũ suis in gra/tiam rediret. Itaq; tempus eius interficiendi quærere insti/tuerunt. Id Alcibiadi diutius cælari nõ potuit. erat enĩ ea sagacitate ut decipi nõ posset: præsertim cũ animũ atten/disset ad cauendũ. Itaq; ad Thysaphernẽ præfectum regis Darii se cõtulit. cuius cũ in intimã amicitiã peruenisset: & Atheniẽsiũ male gestis in Sicilia rebus opes senescere: cõ/tra Lacedæmonioꝝ crescere uideret: initio cum Pisancho prætore qui apud Samũ exercitũ habebat per internun/cios colloquit̃: & de redditu suo facit mentionẽ. Erat enim eodem quo Alcibiades sensu populi potẽtiæ nõ amicus: & optimatũ fautor. Ab hoc destitutus primũ per Thrasybu/lum Lyci filium ab exercitu recipitur: prætorq; fit apud Samũ. Post suffragante Theramene plebiscito restituitur: pariq; absens imperio præficitur simul cũ Thrasybulo: & Theramene. hoꝝ imperio tanta cõmutatio reꝝ facta est ut Lacedæmonii qui paulo ante uictores uiguerãt perterriti pacẽ peterẽt. Victi enim erant quinq; prœliis terrestribus: tribus naualibus. in quibus ducẽtas naues triremes ami/serant: quæ captæ in hostiũ uenerant potestatẽ. Alcibiades simul cũ collegis receperat Ioniam: Hellespontũ: multas præterea urbes Græcas quæ in ora sitæ sunt Asiæ: quarũ expugnauerãt q̃ plures: in his bizãtiũ: neq; minus multas cõsilio ad amicitiã adiunxerãt: q; in captos demẽtia fuerãt usi. In præda honusti locupletato exercitu maximis rebus gestis Athenas uenerunt. His eũ obuiã uniuersa ciuitas in

piræeum descendisset tanta fuit omniũ expectatio uisendi Alcibiadis: ut ad eius triremẽ uulgis cõflueret: perinde ac si solus aduenisset. Sic enĩ populo erat psuasum & aduersus supiores & præsentes secũdas res accidisse eius opera. Itaq; & Siciliæ admissũ & Lacedæmonio℞ uictorias culpæ suæ tribuebãt: quod talem uirũ ex ciuitate extulissent. Neq; id sine causa arbitrari uidebant͛. Nam postq̃ exercitui præesse cœperat: neq; terra: neq; mari hostes pares esse potuerãt. Hic ut naui egressus ẽ: q̃q̃ Theramenes & Thrasybulus eisdẽ rebus præfuerãt simulq; uenerãt in piræeum tamẽ illum unum omnes persequebant͛. Et id quod nunq̃ antea usueuerat nisi olympiæ uictoribus: coronis aureis æneisq; uulgo donabatur: Ille lachrymãs talẽ beniuolentiam ciuiũ suo℞ accipiebat reminiscens pristini temporis accerbitatem. Postq̃ astu uenit: cõcione aduocata sic uerba fecit: ut nemo tã ferus fuerit: quin eius casum lachrymarit. Inimicũq; his se ostenderit: quo℞ opera patria pulsus fuerat: perinde ac si alius populus nõ ille ipse qui tũ flebat eũ sacrilegii damnasset. Restituta ergo huic sunt publice bona. Iidẽ illi olympiadæ sacerdotes rursus resacrare sunt coacti: qui eum deuouerant: pilæq; illæ in quibus deuotio fuerat scripta in mare præcipitatæ. Hæc Alcibiadi lætitia minus fuit diuturna. Nã cũ ei essent honores decreti: totaq; respublica domi belliq; tradita: ut unius arbitrio gereretur: & ipse postulasset ut duo sibi collegæ darent͛ Thrasybulus & Adimãtus: neq; id negatũ esset classe in Asiam pfectus: q̨ apud cymen minus ex sentẽtia rem gesserat in inuidiã recidit. Nihil enim eum nõ efficere posse ducebãt. Ex quo fiebat ut oĩa minus pspere gesta eius culpæ tribu-

109

erent: cũ aut eũ negligẽter aut malitiose fecisse loquerent: sicut accidit. Nam corruptum a rege capere Cymẽ noluisse arguebant. Itaq; huic maxime imputam9 malo causam fuisse nimiã opinionẽ ingenii atq; uirtutis. Timebat enim nõ minus q̃ diligebat: ne secũda fortuna magnisq; elatus opibus Tyrãnidẽ cõcupisceret: qbus rebus factũ est ut absenti magistratũ abrogarent: & aliũ in eius locũ substituerent. Id ille ut audiuit domũ reuerti noluit: & se patarã cõtulit. Ibiq; tria castella cõmuniuit bornos: birã. Themeonticos: manuq; collecta. primus græciæ ciuitatis in Traciã itroiit: gloriosius existimãs barbarorũ præda locupletati: q̃ graiorũ: qua ex re creuerat fama cũ opib9: magnãq; amicitiã sibi cũ quibusdã regibus Thraciæ pepererat: neq; tñ a charitate p̃riæ potuit recedere. Nã cũ apud egos flumen Philodes prætor Atheniensiũ classem cõstituisset suã: neq; longe abesset Lysander prætor Lacedæmoniorũ: q ĩ eo erat occupatus: ut bellũ q̃ diutissime duceret: q d' ipsis pecunia a rege suppeditabat: cõtra Atheniensibus exhaustis: præter arma & nauis nihil erat sup: Alcibiades ad Atheniẽsiũ uenit exercitũ: ibi quæ p̃nte uulgo agere cœpit: si uellent se coactũ Lysandrũ dimicare: aut pacẽ petere: respondẽt Lacedæmonios eo nolle cõfligere classe: q̃ Pedestrib9 copiis plus q̃ nauibus ualerent. Sibi autẽ esse facile Seucẽ regẽ thracũ deducere: ut eos terra depelleret. Quo facto necessario aut classe cõflicturos: aut bellũ cõposituros. Id & si uere dictũ Philodes animaduertebat: tamẽ postulata facere noluit: q̃ sentiebat se Alcibiade recepto nullius momenti apud exercitũ futurũ. Et si qd secundi euenisset: nullam ĩ ea re suã partẽ fore. Cõtra ea si qd aduersi accidisset

se unũ eius delicti futurꝝ reũ. Ab hoc discedẽs Alcibiades quoniã inquit uictoriæ patriæ repugnas: illud moneo iuxta hostes castra habeas nautica. Periculũ est enim ne immodestia militũ nostrorꝝ occasio detur Lysandro nostri opprimendi exercitus. neqꝫ ea res illũ fefellit. Nã Lysander cũ ꝑ speculatores cõperisset: uulgũ Atheniensiũ in terrã prædatã exisse: nauesqꝫ pene inanes relictas: tẽpus rei gerẽdæ nõ dimisit: eoqꝫ impetu totũ bellũ deleuit. At Alcibiades uictis Atheniensibus nõ satis tuta eadẽ loca sibi arbitrans penitus in Thraciã se supra propontidẽ abdidit: sperans ibi facillime suã fortunã occuli posse. Falso. Nã thraces postq̃ eũ cũ magna pecunia uenisse senserunt: insidias fecerunt: qui ea quæ apportauit abstulerũt: ipsum capere nõ potuerunt. Ille cernens nullũ locũ sibi tutum in Græcia propter potentiã Lacedæmoniorũ: ad Pharnabazũ in Asiam trãsiit. Q uẽ quidẽ adeo sua cepit humanitate: ut eũ nemo in amicitiã antecederet. Nanqꝫ ei grimiũ dederat in phrygia castrũ: ex quo quinquaginta talenta uectigalis habebat. Q ua fortuna Alcibiades non erat cõtentus: neqꝫ Athenas uictas Lacedæmoniis seruire poterat pati. Itaqꝫ ad patriã liberãdã omni ferebatᷣ cogitatione. Sed uidebat id sine rege persarũ non posse fieri. Ideoqꝫ eũ amicũ sibi cupiebat adiungi: neqꝫ dubitabat facile se consecturum: si modo eiꝰ conueniendi habuisset potestatem. Nam Cyrum fratrem ei bellum clam parare Lacedæmoniis adiuuantibus sciebat. Id si apperuisset magnam se initurum gratiã uidebat. Hæc cũ moliretᷣ: peteretqꝫ a Pharnabazo ut ad regẽ mitteretur: eodẽ tpe Critias cæteriqꝫ Tyrãni Atheniensiũ certos homines ad Lysandrũ in Asiam miserunt: qui eũ certio-

rem facerent nisi Alcibiadē sustulisset: nihil eaꝝ fore ratū: quas ipse athenis cōstituisset. Quare si suas res gestas manere uellet illū persequeretˀ. His Lacon rebus cōmotus statuit accuratius sibi agendū cū Ppharnabazo societatem. Huic ergo renunciat: quæ regi cū Lacedæmoniis eēnt irrita futura: nisi Alcibiadē uiuū aut mortuū tradidisset stare nō posse. Nō tulit hoc Satrapes & uiolare clæmentiā: q̄ regis opes minui maluit. Itaqꝫ misit Sisametiē & Bagrū ad Alcibiadē interficiendū: cū ille esset in Phrygia iterqꝫ ad regē cōpararet. Missi clā uicinitati in qua tum Alcibiades erat: dant negociū ut eū interficiant. Illi cū securo aggredi nō auderent: noctu ligna cōtulerunt circa Samineā in qua quiescebat: eāqꝫ succenderunt: ut incendio cōficerent: quē manu superari posse diffidebant. Ille autē in sonitu flāmæ est excitatus: & si gladius ei erat subductus familiaris sui subalare telū eripuit. Nāqꝫ erat cū eo quidā ex Arcadia hospes qui nunq̄ discedere uoluerat. Hūc sequi se iubet: & id qđ in præsentia uestimentoꝝ fuit arripuit. his in ignē eiectis flāmæ uim trāsiit. Quē ut barbari incendiū effugisse eminus uiderunt: telis missis interfecerunt: caputqꝫ eius ad Pharnabazū rettulerunt. At mulier quæ cū eo uiuere consueuerat: muliebri sua ueste contectū ædificii incēdio mortuū cremauit: quod ad uiuū interimēdū erat cōparatum. Sic Alcibiades annos circiter quadraginta natus diē obiit supremū. Hunc infamatū a plerisqꝫ tres grauissimi historici summis laudibus extulerunt. Thucydides q eiusdē ætatis fuit: Theopompus qui fuit post aliquāto natus: & Timæus qui quidē duo maledicētissimi nescio quo modo in illo uno laudando cōscierunt. Nāqꝫ ea quæ supra diximus

de eo prædicarũt:atq; hoc amplius cum Athenis splendi/dissima ciuitate natus esset splendore ac dignitate supasse uitæ. Postq̃ inde expulsus thebas uenerit: adeo studiis eorꝝ inseruisse:ut nemo cũ labore corporisq; uirib9 posset æq/parare. Omnes enim Boetii magis firmitati corporis q̃ in/genii acumini inseruiunt. Eundem apud Lacedæmonios: quorꝝ moribus summa uirtus in patientia ponebatur: sic duricie se dedisse:ut parsimonia uictus atq; cultus omnes Lacedæmonios uinceret. Fuisse apud trachas homines ui/nolentos: rebusq; uenereis deditos. hos quoq; in his rebus antecessisse. uenisse ad Persas apud quos sinoma laus esset fortiter uenari: luxuriose uiuere. horꝝ sic imitatũ consue/tudinẽ:ut illi ipsi eũ in his maxime admirarent. Quibus rebus effecisse ut apud quoscunq; esset principes poneret: hẽreturq; charissim9. Sed satis de hoc:reliquos ordiamur.

THRASYBVLI VITA.

THrasybulus Lyci filius Atheniẽsis: si per se uirtus sine fortuna ponderanda sit:dubito an hunc primũ omniũ ponam. Illi sine dubio neminem præfero fide con/stantia magnitudine animi in patriã amore. Nã qđ multi uoluerũt:pauci potuerũt ab uno tyranno patriã liberare. Huic contigit ut a triginta oppressam tyrãnis ex seruitute in libertatem uendicaret. Sed nescio quo modo cum eum nemo anteiret his uirtutib9 multi nobilitate præcurrerũt. Primũ Pelopõnesio bello multa hic sine Alcibiade gessit: ille nullam rem sine hoc:quæ ille uniuersa naturali quodã bono fecit lucri. Sed illa tamẽ omnia cõmunia imperato/ribus cum militibus & fortuna:q in prœlii cõcursu abiit res a cõsilio ad uires uimq; pugnantium, Itaq; iure suo nõ

153

nulla ab impatore miles: plurima uero a fortuna uēdicat. Seq3 his plus ualuisse q̄ ducis prudentiā uere pōt prædicare: quare illud magnificentissimū factū ꝓpriū est Thrasybuli. Nā cū trigita Tyrāni præpositi a Lacedæmoniis seruitute oppressas tenerent athenas: plurimos ciues qbus in bello pepcerat fortuna: partim patria expulissent: partim interfecissent: plurimoꝝ bona publicata iter se diuisissent: nō solū princeps: sed & solus initio bellū his indixit. Hic enim cū philen cōfugisset: qđ est castellū in Attica munitissimū nō plus habuit se cū triginta de suis. Hoc initium fuit salutis Atticoꝝ: hoc robur libertatis clarissimæ ciuitatis. Neq3 uero hic nō cōtēptus est primo a tyrānis: neq3 ei9 solicitudo: quæ quidē res & illis cōtemnentibus pniciei: & huic despecto saluti fuit. Hæc enim illos ad psequēdū segnes: hos aūt tpe ad cōpandū dato fecit robustiores. Quo magis præceptū illud omniū in animis esse debet: nihil in bello oportere cōtēni: nec sine causa dici matrē timidi flere nō solere. Neq3 tñ pro opinione Thrasybuli auctæ sunt opes: nā iam tū illis temporibus fortius boni pro libertate loquebant̃ q̄ pugnabant. hinc in Pireæum transiit munichiāq3 muniuit: hanc bis Tyrāni oppugnare sunt adorti: ab eaq3 turpiter repulsi protinus in urbē armis impedimētisq3 amissis refugerunt. Vsus est Thrasybulus non minus prudētia q̄ fortitudine. Nā cedētes uiolari uetuit. ciues eni ciuib9 parcere æquū censebat. Neq3 qsq̄ est uulneratus nisi q̄ prior impugnare uoluit. Neminē iacentē ueste spoliauit Nil attigit nisi arma quoꝝ indigebat: & quæ ad uictū ptinebant. In secundo prœlio cecidit Critias dux tyrānoꝝ cū quidē aduersus Thrasybulū fortissime pugnaret: hoc de-

iecto Pausanias uenit Atticis auxilio rex Lacedæmoniorum. Is inter Thrasybulũ & eos q urbẽ tenebãt fecit pacẽ his cõditionib9: nequi præter triginta Tyrãnos & decẽ q postea prætores creati supioris more crudelitatis erant usi afficerent exilio: neue bona publicarent. Reipublicæ pcuratio populo redderet. Præclarum hoc quoq; Thrasybuli qd recõciliata pace cũ plurimũ in ciuitate posset legẽ tulit: neqs añ actarum rerum accusaret: neue mulctaret: eãq; illi legẽ obliuionis appellarũt. Neq; uero hanc tm̃ ferendã curauit: sed etiã ut ualeret effecit. Nã cũ quidã ex his q simul cũ eo in exilio fuerant: cædẽ facere eorum uellent: cũ qb9 in grãm reditũ erat: publice phibuit: & id qd pollicit9 erat præstitit huic p tãtis meritis honoris corona a populo data ẽ: facta duab9 uirgulis oleaginis: quã qd amor ciuiũ nõ uis expresserat nullã habuit inuidiã: magnaq; fuit gloria. Bene ergo Pittac9 ille q septẽ sapiẽtũ numero est habit9: cũ ei Mitylenei multa milia iugerum agri & munera darẽt: nolite rogo uos inqt mihi dare qd multi ĩuideãt: plures ẽt cõcupiscãt: q̃re ex istis nolo ampli9 q̃ centũ iugera: quæ & meã animi æqtatẽ: & urãm uoluntatẽ indicẽt. Nã parua munera diutina: locupletia nõ ppria esse cõsueuerunt. Illa igit corona cõtẽtus Thrasybulus neq; ampli9 reqsiuit: neq; queẽq̃ honore se añcessisse existimauit. hic sequẽti tpe cũ prætor classẽ ad Siciliã appulisset: neq; satis diligẽter ĩ castris ei9 agerẽt uigiliæ a barbaris ex oppido noctu eruptione facta ĩ tabernaculo interfectus est.

CONONIS VITA.

Conon Atheniẽsis Pelopõnesio bello accessit ad rẽpu. in eoq; eius opere magnus fuit. nam & prætor pedestrib9 exercitib9 præfuit: & præfectus classis res ma-

gnas mari gessit. Quas ob cās præcipuꝰ ei honos hītꝰ est. Nāq; oībus unus insulis præfuit: in qua ptāte Pheras cepit Coloniā Lacedæmonioꝝ. Fuit etiā extremo Peloponnesio bello prætor cū apud egos flumē copiæ Atheniensiū a Lysandro sunt deuictæ. Sed tū absuit: eoq; peius res administrata est: nā & prudens rei militaris & diligens erat impii. Itaq; nemini erat his tpibus dubiū si affuisset: illā Atheniēses calamitatē accepturos nō fuisse. Rebꝰ autē afflictis cū patriā obsideri audisset: nō quæsiuit ubi ipse tuto uiueret: sed unde præsidio posset esse ciuibꝰ suis. Itaq; cōtulit se ad Pharnabazū satrapē Ioniæ & lydiæ: eundēq; geneꝝ regis & propinquū: apud quē ut multū gratia ualeret: multo labore multisq; effecit periculis. Nā cū Lacedæmonii Atheniensibꝰ deuictis in societate nō manerent quā cū Artaxerxe fecerant: Agesilaūq; bellatū misissent in Asiā maxime impulsi a Thisapherne: q ex intimis regis ab amicitia eius defecerat: & cū Lacedæmoniis coierat societatē. Hunc aduersus Pharnabazus habitus est impator: re qdē uera exercitui præfuit Conon: eiusq; omnia arbitrio gesta sunt. hic militū ducē summū Agesilaū impediuit: sæpeq; eius consiliis obstitit. Neq; uero nō fuit aptū si ille nō fuisset: Agesilaū Asiam tauro tenus regi fuisse ereptuꝝ. Qui postea q̄ domū a suis ciuibus reuocatus est: qꝑ Boetii & Atheniēses Lacedæmoniis bellū indixerant. Conon nihilo secius apud præfectos regis uersabat᷑: hisq; omnibus magno erat usui. Defecerat a rege Tisaphernes: neq; id tā Artaxerxi q̄ cæteris erat apertū. multis enim magnisq; meritis apud regem etiā cū in officio nō maneret ualebat. Neq; admirandū si nō facile ad cedendū inducebatur reminiscens eius se opa

Cyrum fratrẽ superasse. Huius accusandi gratia Conon a Pharnabazo ad regẽ missus: postq̃ uenit primũ ex more ꝑsarũ ad Chiliarchũ qui secundũ gradũ imperii tenebat teraustẽ accessit: seq; ostendit cũ rege colloqui uelle. Nemo enim sine hoc admittitᷣ: huic ille inquit nulla mora est: sed tu delibera ueꝝ colloqui malis an ꝑ litteras quæ cogitas. Necesse est enim si in conspectũ ueneris: uenerari te regẽ: qđ Proscynin illi uocant: hoc si tibi graue est: pro me nihi losecius editis mandatis cõficies qđ studes. Tũ Conon mihi uero inquit nõ est graue quẽuis honorẽ habere regi: sed uereor ne ciuitati meæ sit opprobrio: si cum ex ea ciuitate sim ꝓfectus quæ cæteris gentibus impare consueuerit potius barbaroꝝ q̃ illius more fungar. Itaq; quæ huic uolebat scripta tradidit. Quibus cognitis rex tantũ auctoritate eius motus est: ut Tisapharnẽ hostẽ uindicarit: & Lacedæmonios bello ꝑseq iusserit. Et ei ꝑmiserit quẽ uellet eligere ad dispensandã pecuniã. Id arbitriũ Conon negauit sui esse cõsilii: sed ipsi9 qui optime suos nosse deberet. Sed suadere Pharnabazo id negocii daret: hinc magnis muneribus donatis ad mare est missus: ut Cypriis & Phœnicib9 cæterisq; ciuitatib9 maritimis nauis longas imparet: Classemq; qua ꝓxima æstate mare tueri posset cõpararet dato adiutore Pharnabazo sicut ipse uoluerat. Id ut Lacedæmoniis est nunciatũ nõ sine cura rem administrarũt: quoq̃ maius bellũ imminere arbitrabantur q̃ si cũ barbaro solũ cõtenderent. Nã ducẽ fortẽ prudentẽ regis opibus præfuturꝝ: ac secũ dimicaturꝝ uidebant: quẽ neq; cõsilio neq; copiis supare possent. Hac mẽte magnã cõtrahũt classem: ꝓficiscuntᷣ Lysandro duce. hos Conon apud Gnidũ ador

tus ĩ magno prœlio fugat: multas nauis capit: cõplures de primit. Qua uictoria nõ solũ athenæ: sed ẽt cũcta Græcia quæ sub Lacedæmonioꝶ fuerat impio liberata est. Conon cũ parte nauiũ in patriã uenit. Muros dirutos a Lysandro utrosqꝫ & Piræei & athenaꝶ reficiẽdos curat: pecuniæqꝫ. L. talẽta quæ a Pharnabazo accepat ciuib9 suis donat. Accidit huic qđ cæteris mortalib9 ut incõsideratior ĩ secũda q̃ ĩ aduersa esset fortuna. Nã classe Pelopõnesioꝶ deuicta: cũ ultimi se iniurias patriæ putaret plura cõcupiuit q̃ efficere potuit: Neqꝫ tñ ea nõ pia & ꝓbãda fuerũt: qđ poti9 patriæ opes augeri q̃ regis maluit. Nã cũ magnã auctoritatẽ sibi pugna illa nauali: quã apud Gnidũ fecerãt cõstituisset nõ solũ inter barbaros sed etiã oẽs Græciæ ciuitates clã dare operã cœpit: ut Ioniã & Aeoliã restitueret Atheniẽsib9. id cũ minus diligẽter eẽt cælatũ Tyriabarus q sardib9 præerat. Cononẽ euocauit simulans ad regẽ eũ se mittere uelle magna festinatiõe hui9 nũcio parẽs cũ uenisset: in uincula cõiectus ẽ. In qb9 aliq̃diu fuit. Nõ nulli eũ ad regẽ abductũ: ibiqꝫ eũ piisse scriptũ reliquerũt. Cõtra ea Dion historicus cui nos plurimũ de psicis reb9 credim9 effugisse scripsit illud addubitat utrũ Tyriabaro sciẽte an ĩprudẽte sit factũ.

DIONIS VITA.

DIon Hipparini fili9 Syracusan9 nobili genere natus utraqꝫ implicat9 tyrãnide Dionysioꝶ: nãqꝫ ille supior Aristomachẽ sororẽ Dionis habuit in matrimonio: ex qua duos filios Hypparinũ & Nyseum ꝓcreauit: totidẽqꝫ filias Sophrosynẽ & Areten: quaꝶ priorẽ Dionysio filio eidẽ cui regnũ reliqt nuptũ dedit: alterã Areten Dioni. Dion autẽ præter nobilem ꝓpinquitatẽ generosamqꝫ

1507.

maioꝝ famã multa alia ab natura habuit bona. In his in/
geniũ docile come aptũ ad artes optimas: magnã corpo/
ris dignitatẽ: quæ nõ minimũ cõmendatur: magnas præ/
terea diuitias a patre relictas: quas ipse tyrãni muneribus
auxerat. Erat intimus Dionysio priori: neq; minus ꝓpter
mores q̃ affinitatem. Nanq; & si Dionysii crudelitas ei di/
splicebat: tamen saluũ propter necessitudinẽ magis etiam
suoꝝ causa studebat. Aderat in magnis rebus: eiusq; cõsi/
lio multũ mouebatur tyrãnus: nisi qua in re maior ipsius
cupiditas intercesserat: legiones uero oẽs quæ essent illu/
striores per Dionẽ administrabãtur. Quas quidẽ ille dili/
genter obeundo fideliter administrãdo crudelissimũ no/
men tyrãni sua humanitate tenebat. Hũc a Dionysio mis/
sum Carthaginẽses susceperũt: ut neminẽ unq̃ Græca lin/
gua loquentẽ magis sint admirati. Neq; uero hæc Diony/
sium fugiebãt. Nam quãto esset sibi ornamẽto sentiebat.
Quo fiebat ut uni huic maxime indulgeret: neq; eũ secus
diligerẽt ac filiũ: qui quidẽ cum Platonẽ Tarentũ uenisse
fama in Siciliã esset perlata adolescẽti negare non potuit:
quin eũ arcesseret. Cum Dion eius audiẽdi cupiditate fla/
graret: dedit ergo huic ueniã: magnaq; eũ ambitione Sy/
racusas perduxit. Quẽ Dion adeo admiratus est atq; ad/
amauit: ut se totũ ei traderet. Neq; uero minus Plato de/
lectatus est Dione. Itaq; cũ a Dionysio tyrãno crudeliter
uiolatus esset quippe quẽ uenundari iussisset: tamẽ eodẽ
rediit eiusdẽ Dionis precibus adductus. Interim in mor/
bum incidit Dionysius: quo cũ graui conflictaretur: quæ/
siuit a medicis Dion quemadmodum se haberet: simulq;
de his petiit si forte maiori esset periculo ut sibi fateretur.

Nam uelle se cum eo colloqui de parēdo regno:q̄ sororis suæ filios ex illo natos partē regni putabat debere habere. id medici nō tacuerūt:& ad Dionysiū filiū sermonē rettu/ lerunt: Quo ille cōmotus ne agendi esset Dioni potestas: patri soporē medicos dare coegit:hoc ergo sumpto somno sopitus diem obiit supremū. Tale initium fuit Dionis & Dionysii simultatis:eaq; multis rebus aucta est. Sed tamē primis tēporibus aliq̄diu simulata inter eos amicitia man/ sit:cum Dion nō desisteret obsecrare Dionysiū ut Platonē Athenis arcesseret:& eius cōsiliis uteret̄:ille qui in aliqua re uellet patrē imitari morē ei gessit:eodēq; tēpore Phili/ stum historicū Syracusas reduxit hominē amicū nō ma/ gis tyrāno q̄ tyrānis. Sed de hoc in eo meo libro plura sūt exposita qui de historicis cōscriptus est. Plato autem tantū apud Dionysiū auctoritate potuit:ualuitq; eloquentia:ut ei persuaserit tyrānidis facere finē:libertatēq; reddere Sy/ racusanis:a qua uolūtate Philisti cōsilio deterritus aliq̄to: crudelior esse cœpit. Qui quidē cū a Dione se superari ui/ deret ingenio auctoritate amore populi uerēs ne si eū secū haberet aliquā occasionē sui daret opprimēdi:nauē ei tri/ remē dedit:qua corinthū deueheret̄: ostēdēs se id utriusq; facere causa ne cū inter se timerēt alteruter alterꝝ præoccu paret. Id cū factū multi indignarent̄:magnæq; esset inui/ diæ tyrāno Dionysius omnia quæ moueri poterāt Dionis in nauis imposuit:ad eūq; misit. Sic enim existimari uo/ lebat id se non odio hominis sed suæ salutis fecisse causa: postea uero audiuit eū in Peloponneso manū cōparare:si/ biq; bellū facere conari: Areten Dionis uxorē alii nuptū dedit. Filiūq; eius sic educari iussit:ut indulgēdo turpissi/

mis imbueret cupiditatibus. Nã puero priusq̃ pubes esset scorta adducebant: uino epulisq; obruebat: neq; ullũ tẽpus sobrio relinquebat: is usq; eo uitæ statũ cõmutatũ ferre nõ potuit: Postq̃ in patriã rediit pater. (Namq; appositi erant custodes qui eũ a pristino uictu deducerent) ut se superiore parte ædiũ deiecerit: atq; ita interierit. Sed illuc reuertor: postq̃ Corinthũ puenit Dion: & eodẽ pfugit Heraclides ab eodẽ expulsus Dionysio: qui præfectus fuerat equitũ: omni ratione bellũ cõpare cœperunt: sed nõ multũ proficiebant: q, multorũ annorũ Tyrãnus magnarũ opũ putabatur: quã ob cãm pauci ad societatẽ periculi pducebant. Sed Dion fretus nõ tã suis copiis q̃ odii Tyranni maximo animo duabus onerariis nauib9 quinquaginta annorũ imperiũ munitũ qngẽtis longis nauibus decẽ equitũ cẽtũq; peditũ milibus pfectus oppugnatũ: qđ omnibus gentib9 admirabile est uisum adeo facile ptulit: ut post diẽ tertiũ q̃ Siciliam attigerit: Syracusas introierit. Ex quo intelligi pŏt nullũ esse imperiũ tutũ nisi beniuolẽtia munitum. Eo tẽpore aberat Dionysius: & in Italia classem opperiebat: aduersariorũ ratus neminẽ sine magnis copiis ad se uenturũ. Quæ res eũ fefellit. Nã Diõ his ipsis q sub aduersarii fuerant potestare; regios spiritus repressit: totiusq; ei9 ptis Siciliæ potit9 ẽ: quæ sub Dionysii potestate fuerat. Pariq; modo urbis Syracusarũ præter arcẽ & ĩsulã adiunctã oppido: eoq; rem pduxit: ut talibus pactionibus pacẽ Tyrãnus facere uelle. Siciliã Dion obtineret: Italiã Dionysius: Syracusas Apollocrates: cui maximã fidem uni habebat Dion. Has tam psperas tãq; inopinatas res cõsecuta est subita cõmutatio: qđ fortuna sua mobilitate quẽ paulo ante

extulerat demergere est adorta: primũ in filio de quo cõ/
memoraui supra suã uim exercuit. Nam cũ uxorem redu/
xisset quæ alii fuerat tradita: filiũq; uellet reuocare ad uir/
tutem a perdita luxuria: accepit grauissimũ parẽs uulnus
morte filii: deinde orta dissensione inter eũ Heraclidẽ qui
quidem principatũ nõ concedebat factionẽ comparauit:
neq; his minus ualebat apud optimates quorũ cõsensu præ
erat classi. Cum Dion exercitũ pedestrem teneret: uõ tulit
hoc animo æquo: Dion & uersum illum Homeri rettulit
ex secũda rapsodia: in quo hæc sententia est nõ posse bene
geri rempu. multorũ imperiis. Quod dictũ magna inui/
dia cõsecuta est. Nãq; aperuisse se omnia uidebatur in sua
potestate esse uelle: hanc ille nõ lenire obsequio sed acerbi/
tate opprimere studuit. Heraclidemq; cum Syracusas ue/
nisset: interficiendũ curauit. Quod factũ omnibus maxi/
mũ timorẽ iniecit. Nemo enim illo interfecto se tutũ pu/
tabat: ille aũt aduersario remoto licentius eorũ bona quos
sciebat aduersus se sensisse militibus dispertiuit: quibus di/
uisis cum quotidiani maximi fierẽt sumptus: celeriter pe/
cunia deesse cœpit: neq; quo manus porrigeret suppetebat
nisi in amicorũ possessiones. Id eiusmodi erat ut cũ milites
reconciliasset amitteret optimates: quarũ rerũ cura frange/
batur: & insuetus male audiẽdi nõ æquo animo ferebat de
se ab his male existimari: quorũ paulo ante in cælũ fuerat
elatus laudib9. Vulgus aũt offensa in eũ militũ uoluntate
liberius loquebat̃: & tyrãnũ non ferendũ dictitabat. Hæc
ille intuẽs cũ queadmodũ sedaret nesciret: ut quorsũ eua/
deret timeret: Callicrates qdã ciuis Atheniensis q simul cũ
eo ex Pelopõneso in Siciliã uenerat: Homo & callidus &

ad fraudé accutus sine ulla religióe ac fide:adit ad Dioné & ait eũ in magno piculo esse ꝑpter offensioné populi & odiũ militũ:qđ nullo modo euitare posset:nisi alicui suoꝝ negociũ daret:qui se simularet illi inimicũ qué inuenisset idoneũ facile omniũ amicos cogniturũ aduersariosq; sublaturũ:quod inimici eius dissidentis suos sensus aperturi forent. Tali cósilio ꝑbato excepit has partes ipse Callicrates:& se armat imprudétia Dionis. Ad eum interficiendũ socios cóquirit:aduersarios eius cóuenit:cóiurationé cófirmat. Res multis cósciis quæ gereret̃ elata refertur ad Aristomachen sororé Dionis:uxoréq; Areten. Illæ timore perteritæ cóueniũt cuius de periculo timebát. At ille negat a Callicrate fieri sibi insidias. Sed illa quæ agerét̃ fieri præcepto suo. Mulieres nihilosecius callicraté in ædé Proserpinæ deducunt:ac iurare cogunt nihil ab illo periculi fore Dioni. Ille hac religione nó modo nó deteritus:sed ad maturandũ cócitatus est:uerens ne prius cósiliũ apiret̃ suũ q̃ conata fecisset:hác méte ꝑximo die festo cũ a cóuétu se remotũ Dion domi teneret:atq; i cóclaui edito recubuisset: consciis loca munitiora oppidi tradidit:domũ custodibus sepsit a foribus q nó discedebát certos præfecit:naué triremé armatis ornat:Philocratoq; frí suo tradit:eáq; in portu agitari iubet:ut si exercere remiges uellet cogitans si forte cósiliis obstitisset fortuna ut haberet quo fugeret ad saluté. Suoꝝ aũt numero Saguntinos adolescétes quosdá elegit cũ audacissimos: tũ uiribus maximis. hisq; dat negociũ: ut ad Dioné eant inermes sicut cóueniendi eius gratia uiderentur uenire. hi propter noticiá sunt intromissi. At illi ut limen eius intrarunt foribus obseratis in lecto cubanté

inuadunt:colligãt:fit ſtrepitus adeo ut exaudiri poſſet fo/ris:hic ſicut ante ſæpe dictũ eſt q̃ inuiſa ſit ſingularis potẽ/tia & miſerãda uita qui ſe metui q̃ amari malũt cuiuis fa/cile intellectu fuit. Nãq; illi ipſi cuſtodes ſi ꝓpria fuiſſent uolũtate foribus effractis ſeruare cũ potuiſſent:q; illi iner/mes telũ foris flagitantes uiuũ tenebãt. Cui cũ ſuccurreret nemo Lygo quidã Syracuſanus per feneſtras gladiũ de/dit:quo Dion interfectus eſt. Confecta cæde cũ multitudo uiſendi gratia introiiſſet nõ nulli ab inſciis pro noxiis cõ/ciduntur:nã celeri rumore delato Dioni uim allatã multi concurrerant:qbus tale facinus diſplicebat. hi falſa ſuſpi/tione ducti ĩmerentes inermes ut ſceleratos occidũt. huius de morte ut palã factũ eſt mirabiliter uulgi mutata eſt uo/luntas. Nam qui uiuũ eũ tyrãnũ uocitarant:eundẽ libe/ratorẽ patriæ tyrãniq; expulſorem prædicabãt. Sic ſubito miſericordia odio ſucceſſerat:ut eum ſuo ſanguine ſi poſ/ſent ab Acheronte cuperẽt redimere. Itaq; in urbe celeber/rimo loco elatus publice ſepulchri monumento donatus eſt:diem obiit circiter annos quinquaginta quinq; natus: quartũ poſt annũ q̃ ex Pelopõneſo in Siciliam redierat.

IPHICRATIS VITA.

IPhicrates Athenienſis nõ tam magnitudinẽ rerꝫ ge/ſtarꝫ q̃ diſciplina militari nobilitatus eſt. Fuit enim talis dux ut nõ ſolum ætatis ſuæ cum primis cõpararetur: ſed ne de maioribus natu quidẽ quiſq̃ anteponeret̃. Mul/tum uero in bello eſt uerſatus: ſæpe exercitibus præfuit: nuſquã culpa male rem geſſit:ſemper cõſilio uicit:tantũq; eo ualuit:ut multa ĩ re militari partim noua attulerit:par/tim meliora fecerit. Nãq; ille pedeſtria arma mutauit:cũ

ante illum imperatorẽ maximis clipeis breuibusq; hastis minutis gladiis uterent᷑. Ille e cõtrario peltam pro parma fecit: a quo postea peltastæ pedites appellantur: ut ad motus concursusq; essent leuiores. Haste modum duplicauit: gladios longiores fecit: idẽ genus loricaꝝ & pro sertis atq; ahenis linteas dedit. Quo facto expeditiores milites reddidit. nam põdere detracto quodq; corpus tergeret & leue esset curauit: bellũ cũ thracibus gessit. Seutẽ sociũ Atheniensiũ in regnũ restituit apud Corinthũ tanta seueritate exercitui præfuit: ut nulle unq̃ in Græcia neq; exercitatiores copiæ neq; magis dicto audiẽtes fuerint duci. in eamq; cõsuetudinẽ adduxit: ut cũ prœlii signum ab imperatore esset datũ sine ducis opera sic ordinatæ cõsisterent: ut singuli ab peritissimo impatore dispositi uiderent᷑. Hoc exercitu morã Lacedæmonioꝝ intercepit: quod maxime tota celebratũ est Græcia. Iterũ eodem bello omnes copias eorum fugauit. Quo facto magnã adeptus est gloriam cum Artaxerxes Aegyptio regi bellum inferre noluit: Iphicratem ab Atheniẽsibus petiuit ducem quẽ præficeret exercitui conducto: cuius numeris duodecim miliũ fuit. Quẽ quidẽ sic omni disciplina militari erudiuit: ut quẽadmodum quondã Fabiani milites Romani appellati sunt: sic Iphicratenses apud Græcos in summa laude fuerint. Idem subsidio Lacedæmoniis ꝑfectus Epaminundæ retardauit impetus. Nã nisi eius aduẽtus appropinquasset non prius Thebani Sparta abscessissent: q̃ captã incendio delessent. Fuit autẽ & animo magno & corpore imperatoriaq; forma: ut ipso aspectu cuius iniiceret admirationẽ sui: sed in labore remissus nimis parumq; patiens: ut Theopompus

memoriæ prodidit; bonus uero ciuis fideq; magna qđ cũ in aliis rebus declarauerit tũ maxime in Amintæ Macedonis libris tuendis. Nãq; Eurydice mater Perdicæ & Philippi cũ his duob9 pueris Amynta mortuo ad Iphicratem cõfugit: eiusq; opibus defensa est. Vixit ad senectutẽ placatis in se suoꝝ ciuiũ animis: causam capitis semel dixit bello sociali: simul cũ Thimotheo: eoq; iudicio est absolutus. Menesthea filiũ reliquit ex Tarsa natum Coti regis filia. Is cum interrogaretur utrũ pluris patrẽ matrẽue faceret: matrẽ inquit. Id cũ omnibus miꝝ uideretur: at ille merito inquit facio. Nã pater quantũ in se fuit thracẽ me genuit: Contra mater Atheniensem.

CHABRIADIS VITA.

CHABRIAS ATHEniensis hic quoq; in summis habitus est ducibus: resq; multas memoria dignas gessit. Sed ex his elucet maxime inuẽtũ eius in prœlio qđ apud Thebas fecit: cum Boetiis subsidio uenisset. Nãq; in ea uictoria fidentem summum ducem Agesilaum fugatis iam ab eo conducticiis cateruis reliquam phalangem loco uetuit cedere: obnixoq; genu scuto proiectaq; hasta impetum excipere hostium docuit. Id nouum Agesilaus intuens progredi non est ausus: suosq; iam incurrentes tuba reuocauit. Hoc usq; eo Græcia fama celebratum est: ut illo statu Chabrias sibi statuam fieri uoluerit: quæ publice ei ab Atheniensibus in foro constituta est. Ex quo factum est ut postea. Athlætæ cæteriq; artifices his statibus statuis ponendis uterentur cum uictoriã essent adepti. Chabrias autem multa in Europa bella administrauit. Cum dux Atheniensium esset: in Aegypto sua sponte gessit. Nam

Neptenabum adiutum profectus regnũ ei constituit. Fecit idem Cypri: sed publice ab Atheniensibus Euagoræ adiutor datus: neq; prius inde discessit: q̃ totã insulã bello deuinceret. Qua ex re Athenienses magnã gloriam sunt adepti. Interim bellũ inter ægyptios & persas cõflatũ est: & Athenienses cum Artaxerxe societatẽ habebant: Lacedæmonii cũ ægyptiis: a quib9 magnas prædas Agesilaus rex eorũ faciebat. Id intuens Chabrias cũ in re nulla Agesilao cederet sua sponte eos adiutũ ꝓfectus ægyptiæ classi præfuit: Pedestribus copiis Agesilaus. Tum præfecti regis persæ legatos miserunt athenas quæstum: quod Chabrias aduersum regem bellũ gereret cũ Aegyptiis: Athenienses diem certã Chabriæ præstituerunt; quam ante domum nisi redisset: capitis se illum damnaturos denunciarunt. Hoc ille nuncio Athenas rediit: neq; ibi diutius est moratus q̃ fuit necesse. Non enim libenter erant ante oculos ciuium suorum: ꝙ & uiuebat laute: & indulgebat sibi liberalius q̃ ut inuidiam uulgi posset effugere. Est enim hoc cõmune uitium in magnis liberisq; ciuitatibus: ut inuidia gloriæ comes sit. Et libenter de his detrahunt quos emergere uideant altius: neq; animo æquo pauperes alienam opulentum intuentur fortunam. Itaq; Chabrias quo ad ei licebat plurimum aberat. Neq; uero solus ille aberat Athenis libenter: sed omnes fere principes fecerunt idem ꝙ tantum se ab inuidia putabant futuros quantum a conspectu suorum recessissent. Itaq; Conon plurimum Cypri uixit. Iphicrates in Thracia: Timotheus Lesbi: Chares in Sygæo. Dissimilis quidem Chares horũ & factis & moribus: sed tamẽ Athenis & honoratus & potens.

167

Chabrias aũt periit bello sociali tali modo: oppugnabant Athenieẽses Chiũ: erat in classe Chabrias priuatus: sed oẽs qui in magistratu erant auctoritate anteibat: eumq; magis milites q̃ qui preærant aspiciebant. Q uæ res ei maturauit mortẽ. Nã dũ primus studet portũ intrare: gubernatorem iubet eo dirigere nauẽ: ipse sibi pniciei fuit. Cũ enim eo penetrasset: cæteræ nõ sunt secutæ. Q uo facto circũfusus hostiũ cõcursu cũ fortissime pugnarent nauis rostro percussa cœpit sidere. Hinc cũ refugere nõ posset si se in mare deiecisset: q̃ suberat classis Atheniensiũ quæ exciperet natãtẽ: perire maluit q̃ armis abiectis nauẽ relinquere: in qua fuerat uectus. Id cæteri facere noluerunt: qui nando in tutum peruenerunt. At ille præstare honestã mortẽ existimãs turpi uitæ cominus pugnans telis hostiũ interfectus est.

TIMOTHEI VITA.

TIMOTHEVS Cononis filius Atheniensis hic a patre acceptã gloriã multis auxit uirtutib9. Fuit enim disertus impiger laboriosus rei militaris pitus neq; minus ciuitatis regẽdæ: multa huius sunt præclare facta: sed hæc maxime illustra. Olynthios & byzãtios bello subegit. Samũ cepit: in qua oppugnãda superiori bello Athenienses mille & ducenta talenta cõsumpserant. Id ille sine ulla publica impẽsa populo restituit: aduersum Cotũ bella gessit: ab eoq; mille & ducenta talẽta prædæ in publicũ detulit. Cizicũ obsidione liberauit. Ariobarzamũ simul cũ Agesilao auxilio pfectus est: a quo cũ Laco pecuniã numeratã accepisset: ille ciuis suos agro atq; urbibus augeri maluit q̃ id sumere cuius partẽ domũ suã ferre posset. Itaq; accepit Erichthonẽ & Sestũ. Idẽ classi præfectus circũuehens Pe-

loponesũ Laconicẽ populatus classem eorꝝ fugauit. Corcyrã sub imperiũ Atheniẽsiũ redegit: Sociosq; idẽ adiũxit Epirotas Athamãtias Chaonas omnesq; eas gẽtes: quæ mare illud adiacẽt. Quo facto Lacedæmonii de diutina cõtentione destiterũt & sua spõte Atheniensib9 imperii maritimi principatũ cõcesserũt: paceq; his legib9 constituerũt: ut athenienses mari duces essent. Quæ uictoria tantæ fuit atticis Lætitiæ: ut tum primũ aræ paci publice sint factæ: eiq; deæ puluinar sit ĩstitutũ. Cui9 laudis ut memoria maneret: Timotheo publice statuã in foro posuerũt: q honos huic uni ãte id tẽp9 cõtigit: ut cũ patri populus statuã posuisset: filio quoq; daret. Sic iuxta posita recens filii ueterẽ patris renouauit memoriã. Hic cũ eẽt magno natu & magistratus gerere desisset: bello Atheniẽses undiq; premi sũt cœpti: defecerat samus: descierat hellespõtus. Philippus iã tunc ualẽs Macedo multa moliebat᷑: cui opposit9 Chares cũ eẽt nõ satis in eo præsidii putabat᷑. Fit Menesthe9 prætor fili9 Iphicratis gener Timothei: & ad bellum proficiscit᷑: decernit᷑. Huic in cõsilium dant᷑ duo usu & sapientia præstãtes: quorꝝ cõsilio uteret᷑ pater & socer: qd' in his tãta erat auctoritas: ut magna spes esset ꝑ eos amissa posse recuperari. Hi cũ Samũ ꝓfecti eẽnt: & eodẽ Chares aduẽtu cognito cũ suis copiis ꝓficisceret᷑: neqd absente se gestũ uideret᷑: accidit cũ ad insulã appropinquarẽt: ut magna tẽpestas oriret᷑: quã euitare duo ueteres imperatores utile arbitrati suã classem suppresserũt. At ille temeraria usus ratione nõ cessit maiorũ natu auctoritati: & in sua manu eẽt fortuna quo contẽderat ꝑuenit. Eodẽq; ut sequerentur ad Timotheũ & Iphicratem nunciũ misit hinc male re gesta

cõpluribus amissis nauibus eodẽ unde erat ꝑfectus se re/cepit: litterasq; Athenas publice misit sibi procliue fuisse Samũ capere nisi a Timotheo & Iphicrate desertus esset. populus acer suspicax: ob eãq; rẽ mobilis aduersarius in/uidus etiã potentiæ in crimen uocabat̃.domũ reuocat:ac/cusant̃ ꝓditionis. Hoc iudicio damnat̃ Timotheus: lisq; eius æstimat̃ centũ talentis. Ille odio ingratæ ciuitatis co/actus chalcidem se cõtulit. Huius post mortẽ cũ populus iudicii sui pœniteret: mulctæ nouẽ partis detraxit: & decẽ talenta Cononẽ filius eius ad muri quandã partẽ reficien/dam iussit dare. in quo fortunæ uarietas est animaduersa. Nam quo auus Conon muros ex hostiũ præda patriæ re/stitueret: eosdẽ nepos cũ summa ignominia familiæ ex sua re familiari reficere coactus est. Timothei autẽ moderatæ sapiẽtisq; uitæ cũ pleraq; possumus ꝓferre testimonia uno erimus cõtenti: qđ ex eo facile coniici poterit q̃ carus suis fuerit. Cũ Athenis adolescẽtulus causam diceret: nõ solum amici priuatiq; hospites ad eũ defendendũ cõuenerũt: sed etiã in eis Lason tyrãnus qui illo tempore fuit omniũ po/tentissimus. Hic cũ in patria sine satellitib9 se tutũ nõ ar/bitraret̃ Athenas sine ullo præsidio uenit: tantiq; hospitem fecit: ut mallet se capitis periculũ adire: q̃ Timotheo de fa/ma dimicanti deesse. Hũc aduersus tamẽ Timotheus po/stea populi iussu bellũ gessit: patriæ sanctiora iura q̃ ho/spitii esse duxit. Hæc extrema fuit ætas imperatoꝝ Athe/niensium Iphicratis: Chabriæ: Timothei. Neq; post illoꝝ obitũ quisq̃ dux in illa urbe fuit dignus memoria. Venio nũc ad fortissimũ uirũ maximiq; cõsilii omniũ barbaroꝝ exceptis duob9 Carthaginẽsib9 Hamilchare & Hãnibale.

De quo hoc plura referem⁹:q̄ & obſcuriora ſunt eius ge/ſta pleraq;:& ea quæ ꝓſpere ei ceſſerunt:nō magnitudine copiaꝝ ſed cōſilii:quo tamē omnes ſuperabat acciderunt. Quoꝝ niſi ratio explicata fuerit res apparere nō poterūt.

DATAMIS VITA.

Datames parte Camiſſare natiōe Chare:matre Scy/thiſſa natus primū militū numero fuit apud Arta/xerxem eoꝝ q regiā tuebant̄.pater eius Camiſſares q̄d & manu fortis & bello ſtrenuus:& regi multis locis fidelis erat reptus habuit ꝓuinciā ciliciæ iuxta Cappadociā quā incolūt leucoſyri.Datames militare munus fungēs primū qualis eſſet apparuit in bello q̄d Rex aduerſus Gaduſios geſſit.Nanq; hic multis milibus regioꝝ interfectis magni fuit eius opa.Quo factū eſt cū in eo bello cecidiſſet Ca/miſſares paterna ei traderet̄ ꝓuincia.Pari ſe uirtute poſtea præbuit:cū Androphrodates iuſſu regis bello ꝓſequeretur eos qui defecerant.Nāq; eius opa hoſtes:cū caſtra iam in/traſſent ꝓfligati ſunt:exercituſq; reliquus conſeruatus eſt. Qua ex re maioribus rebus præeſſe cœpit.Erat eo tēpore Thius Dynaſtes Paphlagoniæ antiquo genere nat⁹a Phi/lomene illo quē Homerus troico bello & Patroclo inter/fectum ait.Is regis dicto audiens nō erat:quā ob cauſam bello eum perſequi conſtituit:eiq; rei præfecit Datamen propinquum.Paphlagonis nanq; ex fratre & ſorore erant nati.quā ob cauſam Datames primum experiri uoluit:ut ſine armis propinquum ad officium reduceret.Ad quem cum ueniſſet ſine præſidio quod ab amico nullas uere/retur inſidias pene interiit.Nam Thyus eam clam interfi/cere uoluit.Erat mater cū Datame amita Paphlagonis:ea

171

q̄d ageret̄ resciit: filiūq; monuit. Ille fuga piculū euitauit: bellumq; indixit Thyo: in quo cū Ariobarzane præfecto Lydiæ & Ioniæ totiusq; Phrygiæ desertus esset: nihilo se- gnius perseūerauit: uiuūq; Thyum cepit cū uxore & libe- ris: cuius facti ne prius fama ad regē q̄ ipse pueniret dedit operā. Itaq; omnib9 insciis eo ubi erat rex uenit: posteroq; die Thyum hominē maximi corporis terribiliq; facie q̄d & niger & capillo longo barbaq; erat ꝓlixa optima ueste cōtexit: quā Satrapæ regii gerere cōsueuerāt. Ornauit etiā torque atq; armillis aureis: cæteroq; regio cultu: ipse agre- sti dupliciq; amiculo circūdatus: hirtaq; tunica: gerens in capite galeā uenatoriā: dextra manu clauā: sinistra copulā qua uictū ante se Thyum agebat: ut si ferā bestiā captam duceret. Quem cū oēs ꝓspicerēt ꝓpter nouitatē ornatus ignotāq; formā ob eāq; rē magnus esset cōcursus: fuit ne- mo nō qui agnosceret Thyum regi nūciaret: primo nō ac credidit. Itaq; Pharnabazū misit exploratū: a quo ut rem gestā cōperit statim admitti iussit magnope delectatus cū facto: tū ornatu. In primis q̄d nō uilis rex in potestatē ino pināti uenerat. Itaq; magnifice Datamen donatū ad exer- citū misit: qui tū cōtrahebat̄ duce Pharnabazo & Teutra ste ad bellū Aegyptiū: pariq; eū atq; illos impio esse iussit Postea uero q̄ Pharnabazū rex reuocauit: illi summa im- perii tradita est: hic cū maximo studio cōpararet exercitū: Aegyptumq; ꝓficisci pararet: subito a rege litteræ sunt ei missæ: ut aspim aggrederet̄: q cataoniā tenebat: quæ gens iacet supra ciliciā confinis Cappadociæ: nāq; aspis saltuo- sam regionē castellisq; munitā incolens nō solū impio re- gis nō parebat: sed etiā finitimis regiones uexabat; & quæ

regi portarent᷑ arripiebat. Datames & si lõge aberat ab his regionibus & a minore re abstrahebat᷑: tamẽ regis uoluntati morẽ gerẽdũ putauit. Itaq; cũ paucis sed uiris fortib9 nauẽ cõscendit: existimãs id qđ accidit facilius se imprudentẽ parua manu oppressurũ q̃ paratũ: q̃uis magno exercitu. Hac delatus in Ciliciã egressus inde dies noctesq; iter faciens taurum transiit: eoq; quo studuerat uenit. Q uærit qbus locis sit aspis: cognoscit haud longe abesse: ꝑfectũq; eum uenatũ. quẽ dũ speculat᷑: aduẽtus eius causa cognoscitur. Pisidas cũ iis quos secũ habebat ad resistendũ aspis cõparat. Id Datames ubi audiuit arma capit: suos seq iubet: ipse equo cõcitato ad hostẽ uehit᷑: quẽ ꝓcul aspis conspiciẽs ad se ferentẽ ꝑtimescit: atq; a conatu resistẽdi deteritus sese dedit. Hũc Datames uinctum ad regẽ ducendũ tradit Mithridati. Hæc dum gerunt᷑ Artaxerxes reminiscens a quãto bello ad quã paruã rem principẽ ducũ misisset se ipse reprehẽdit: & nunciũ ad exercitũ acrẽ misit: q nõdũ Datamen ꝓfectũ putabat: qui diceret ne ab exercitu discederet. Hic priusq̃ ꝑueniret quo erat ꝓfectus: in itinere cõuenit qui aspim ducebant. Q ua celeritate cũ magnã beniuolentiã regis Datames cõsecutus esset: nõ minorem inuidiã aulicoꝝ excepit: q illum uiuũ pluris q̃ se oẽs fieri uidebãt. Q uo facto cũcti ad eũ opprimendũ cõsenserunt: hæc Pandates gazæ custos regiæ amicus Datami ꝑscrita ei mittit: in qbus docet eũ magno fore periculo si qd illo imperãte in Aegypto aduersi accidisset. Nãq; eãq; esse cõsuetudinẽ a regũ: ut casus aduersos hominibus tribuãt: secũdos fortunæ suæ. Q uo facile fieri ut impellant᷑ ad eoꝝ perniciem: quoꝝ ductu res male gestæ nũcientur.

173

Illũ hoc maiore fore discrimine ꝙ qbus rex maxime obē/diat: eos habeat inimicissimos. Talibus ille litteris cogni/tis cũ iam ad exercitũ acrem uenisset ꝙ non ignorabat ea uere scripta desiscere a rege constituit. Neq; tamen quicq̃ fecit q̄d fide sua esset indignũ. Nã Androdē magnetē exer citui præfecit. Ipse cũ suis in Cappadociã discedit: cõiun/ctaq; huic Paphlagoniã occupat cælans qua uoluntate eēt in regē. Clã cũ Ariobarzane facit amicitiã: manũ compa/rat: urbes munitas suis tuendas tradit. Sed hæc ꝑpter Hye male tēpus minus ꝓspere succedebãt. Audit Pisidas quas/dã copias aduersus se parare filiũ: eo Arsideũ cũ exercitu mittit. Cadit in prœlio adolescēs: proficiscitur eo pater nõ ita cum magna manu cælans quantũ uulnus accepisset: ꝙ prius ad hostem peruenire cupiebat: q̃ de male re gesta fa/ma ad suos perueniret: ne cognita filii morte animi debili tarentur militũ. Quo cõtenderat peruenit: hisq; locis ca/stra ponit: ut neq; circũiri multitudine aduersariorũ pos/set: neq; impediri quo minus ipse ad dimicandũ manum haberet expeditam. Erat cũ eo Metrobarzanes socer eius præfectus equitum. Is desperati generi reb9 ad hostes trãs/fugit. Id Datames ut audiuit: sensit si in turbam exisset ab homine tam necessario se relictum: futurum ut cæteri cõ/silium sequerentur: in uulgus edit suo iussu Metrobarza/nem profectum pro perfuga: quo facilius receptus interfi ceret hostes. Quare relinqui eum nõ par esse: & omnes cõ festim sequi: q̄d si animo strēnuo fecissent: futurum ut ad/uersarii non possent resistere: cũ & intra uallũ & foris cæ/derentur. Hac re probata exercitũ eduxit: Metrobarzanē ꝓsequitur tantũ qui dum ad hostes ꝑuenerat Datames si/

gna īferri iubet. Pisidæ noua re cōmoti in opinionē addu/
cuntur ꝑ fugas mala fide cōpositoq; fecisse: ut recepti eēnt
maiori calamitati: primū eos adoriunť. Illi cū quid agere
tur aut quare fieret ignorarent: coacti sunt cū eis pugnare
ad quos transierant: ab hisq; stare quos reliquerant. Q ui/
bus cū neutri parcerent: celeriter sunt cōcisi. Reliquos pi/
sidas resistentes Datames inuadit. Primo impetu pellit: fu
giētes ꝑsequitur: multos interficit: castra hostiū capit. tali
consilio uno tempore & proditores perculit: & hostis pro/
fligauit. Et qđ ad suā perniciem fuerat cogitatū: id ad sa/
lutem cōuertit. Q uo neq; acutius ullius imꝑatoris cogita
tum: neq; celerius factum usquā legimus: ab hoc tamē ui/
ro Scismas maximo natu filius desciit: & ad regem tran/
siit: & de defectione patris detulit. Q uo nuncio Artaxer/
xes cōmotus qđ intelligebat sibi cū uiro forti ac strēnuo
negociū esse: q cū cogitasset facere auderet: & pri9 cogita/
re q̄ conari cōsuesset: Androphrodatē Cappadociā mittit.
hic ne intrare posset saltū in quo Ciliciæ portæ sunt sitæ:
Datames præoccupare studuit. Sed tā subito copias cōtra
here nō potuit: a q̄ re depulsus cū ea manu quā cōtraxerat
locū delegit talē: ut neq; circūireť ab hostib9: neq; præteri
ret aduersari9: qn ancipitib9 locis premereť: etsi dimicare
eo uellet nō multū obesse multitudo hostiū suæ paucitati
posset. Hæc etsi Androphrodates uidebat: tamē statuit cō
gredi q̄ cū tātis copiis refugere. aut tā diu uno loco sedere:
habebat barbaroꝝ equitum uiginti: peditū centum milia:
quos illi Gardates appellāt: eiusdēq; generis. iii. funditoꝝ.
Præterea Cappadocū. viii. armenioꝝ decē: Paphlagonū
qnq;: Phrygū decē: Lydoꝝ qnq;: aspendiorum & pisidarū

175

circiter tria: cilicũ duo: captianorꝝ totidẽ: ex Græcia cõductorꝝ tria milia: leuis armaturæ maximũ numerꝝ. Has aduersus copias spes oĩs cõsistebat Datami ĩ se: lociq; natura. Nanq; huius partẽ nõ hẽbat uigesimã militũ. Quib9 fretus cõflixit aduersariorũq; multa milia cõcidit: cũ de ipsi9 exercitu nõ ampli9 hominũ mille cecidisset. Quã ob causam postero die trophæũ posuit: quo loco pridie pugnatũ. Hic cum castra mouisset inferior copiis superior omnibus prœliis discederet: ꝙ nunq̃ manũ cõsereret nisi aduersarios locorꝝ angustiis clausisset: qđ perito regionũ callideq; cogitãti sæpe accidebat. Androphrodates cũ bellũ duci maiore regis calamitate q̃ aduersariorꝝ uideret: pacemq; atq; amiciciã hortat9 est: ut cũ rege in gratiã rediret. Quã ille &si nõ fidã fore putabat: tamẽ conditionẽ accepit: seq; ad Artaxerxẽ legatos missurũ dixit. Sic bellũ qđ rex aduersus Datamẽ susceperat sedatũ. Androphrodates in Phrygiã se recepit. At rex qđ implacabile odiũ in Datamẽ susceperat: postq̃ bello eũ opprimi nõ posse animaduertit: insidiis interficere studuit: quas ille plerasq; uitauit: Sicut cũ nunciatũ esset quosdã sibi insidiari: q in amicorꝝ erant numero: de qb9 qđ inimici detulerãt: neq; credẽdũ: neq; negligendũ putauit: experiri uoluit: uerꝝ falsum ne sibi esset relatũ. Itaq; eo ꝑfect9 ẽ: in quo itinere futuras insidias euenire dixerant. Sed elegit corpore statura simillimũ sui: eiq; uestitũ suũ dedit: atq; eo loco ire quo ipse cõsueuerat iussir. Ipse aũt ornatus uestitu militari iter corporis custodes iter facere cœpit. At insidiatores postq̃ in eũ locũ agmẽ ꝑuenit decepti ordine atq; uestitu ĩ eũ faciũt impetũ q suppositus erat. Prædixerat autẽ his Datames cũ qb9 iter fa-

ciebat:ut parati essent facere quod ipsum uidissent. Ipse ut cōcurrentis insidiatores animaduertit tela in eos coniecit. hoc idem cū uniuersi fecissent:priusq̄ peruenirent ad eum quē aggredi uolebant:cōfixi ceciderunt:hic tamē tā callidus uir extremo tēpore captus est:Mithridatis Ariobarzanis filii dolo. Nāq; eis pollicit9 est regi se eū īterfecturū si ei rex ꝑmitteret:ut quodcūq; uellet liceret impune facere:fideq; de ea re more persaꝝ dextra dedisset. Hanc ut recepit a rege missam copias parat:& absens amicitiā cum Datame fecit:regis ꝓuinciā uexat:castella expugnat:magnas prædas capit:quaꝝ partē suis dispertit:partē ad Datamē mittit:pari modo cōplura castella ei tradit. hæc diu faciendo persuasit homini se infinitū aduersus regē suscepisse bellū:cū nihilo magis nequā suspicionē illi præberet insidiaꝝ:neq; colloquiū eius petiuit:neq; in cōspectū uenire studuit. Sic absens amicitiā gerebat:ut non beneficiis mutuis:sed odio cōmuni quod erga regē susceperant:cōtineri uiderent̃. Id cū satis se cōfirmasse arbitratus est:certiorē facit Datamen tēpus esse maiores exercitus parari: & bellū cū rege suscipi:de qua re si ei uideretur quo uellet in colloquiū ueniret. Probata re colloquēdi tēpus sumit̃: locusq; quo cōueniret̃. Huc Mithridates cū uno cui maximā habebat fidē ante aliquot dies uenit:cōpluribusq; locis separatim gladios obruit:eaq; loca diligēter notat. Ipso autē colloquendi die utriq; locū qui explorarēt:atq; ipsos scrutarent̃ mittunt. Deinde ipsi sunt cōgressi: Hic cū aliquādiu in colloquio fuissent:& diuersi discessissent:iamq; ꝓcul Datames abesset: Mithridates priusq̄ ad suos perueniret nequā suspicionē pararet in eundē locū reuertit̃:atq;

ibi ubi telũ erat ĩpositũ resedit:ut si lassitudinẽ cupet acq̃scere:Datamẽq; reuocauit simulãs se quodã i colloqo esse oblitũ:iterim telũ qđ latebat ꝑtulit:nudatũq; uagina ueste texit:ac Datami ueniẽti ait digrediẽdũ:se aĩaduertisse locũ quẽdã q̃ erat in cõspectu ad castra ponẽda eẽ idoneũ: Quẽ cũ digito mõstraret:& ille cõspiceret:auersum ferro transfixit:priusq; q̃ qsq̃ posset succurrere interfecit:ita ille uir q̃ multos cõsilio:neminẽ ꝑfidia cepat simulata captus est amicitia.

EPAMINVNDAE VITA.

EPaminũdas Polymni filius Theban9:de hoc priusq̃ scribamus hæc præcipiẽda uident̃ lectorib9ne alienos mores ad suos referant:neue ea quæ ipsis leuiora sunt: pari modo apud cæteros fuisse arbitrentur. Scimus enim musicen nr̃is morib9 abesse a principis ꝑsona. Saltare etiã in uitiis poni. Quæ oĩa apud Græcos & grata & laude digna dicunt̃. cũ aũt exprimere imaginẽ consuetudinis atq; uitæ uelimus Epaminũdæ nihil uidemur:debere prætermittere qđ ꝑtineat ad eã declarãdã. Quare dicemus primũ de genere eius:deinde q̃bus disciplinis:& a quibus sit eruditus. Tum de moribus ingeniiq; facultatibus:& si qua alia digna memoria erunt. Postremo de rebus gestis quæ plurimis omniũ anteponunt̃ uirtutib9. Natus igit̃ patre quo diximus honesto genere pauper iam a maiorib9 relictus. Eruditus aũt sic:ut nemo Thebanus magis. Nam & citharizare & cantare ad chordaꝝ sonũ doctus est a Dionysio:qui nõ minore fuit:in musicis gloria q̃ Damon aut Lampus:quoꝝ peruulgata sunt noĩa. carmina cantare tibiis ab Olimpyodoro. Saltare a Calphrone:At philosophiæ præceptorẽ habuit Lysiã Tarẽtinũ Pythagoreũ:cui

q̃dẽ sic fuit deditus:ut adolescẽs tristẽ & seuerũ senẽ oibus æqualib9 suis in familiaritate anteposuerit. Neq3 prius eũ a se dimiserit q̃ doctrinis tanto antecessit condiscipulos:ut facile intelligi posset pari modo superaturũ oẽs in cæteris artibus. Atq3 hæc ad nostrã cõsuetudinẽ sunt leuia & potius cõtemnẽda. At ĩ Græcia utiq3 olim magnæ laudi erãt. Postq̃ ephebus factus est:& palæstræ dare operã cœpit:nõ tã magnitudini uiriũ seruiuit q̃ uelocitati, illã enĩ ad athlætarũ usũ:hãc belli existimabat utilitatẽ ptinere. Itaq3 exercebat̃ plurimũ currendo & luctãdo ad eũ finẽ:quoad stãs cõplecti posset atq3 cõtendere. In armis plurimũ studii cõsumebat:ad hãc corporis firmitatẽ plura etiã animi bona accesserãt. Erat enĩ modestus:prudẽs:grauis:tẽporib9 sapienter utẽs:pitus belli fortis manu aĩo maximo:adeo ueritatis diligẽs:ut nec ioco quidẽ mentiretur. Idem cõtinẽs clæmẽs patiensq3 admirandũ in modũ:nõ solũ populi' sed etiam amicorũ ferens iniurias:in primisq3 cõmissa cælans. Quod interdũ nõ minus pdest q̃ diserte dicere studiosus audiẽdi. Ex hoc enim facillime disci arbitrabat̃. Itaq3 cum in circulum uenisset:in quo aut de republica disputaret̃: aut de philosophia sermo haberet̃:nũq̃ inde prius discessit q̃ ad finẽ sermo esset deductus. Pauptatẽ adeo facile ppessus est:ut de republica nihil præter gloriã cœperit amicorum in se tuẽdo caruit facultatib9:fide ad alios subleuandos sæpe sic usus est:ut possit iudicari omnia ei cũ amicis fuisse cõmunia. Nam cũ aut ciuiũ suorũ aliqs ab hostibus fuisset captus:aut uirgo amici nubilis:quã ppter paupertatem collocare non posset:amicorũ consilium habebat:& quantum quisq3 daret pro facultatibus imperabat:eamq3

summã cũ faceret priusq̃ acciperet pecuniã adducebat:eũ qui quærebat ad eos qui cõferebãt;eiq; ut ipsi numerarent faciebat:ut ille ad quẽ ea res pueniebat sciret quantũ cuiq; deberet. Tentata aũt eius est abstinẽtia a Diomedonte cizyceno, Nãq; is rogatu Artaxerxis Epaminundã pecunia corrũpendũ susceperat. Hic magno cũ pondere auri Thebas uenit:& Michitũ adolescentulũ quinq; talentis ad suã perduxit uoluntatẽ:quẽ tum Epaminundas plurimũ diligebat. Michitus Epaminundã cõuenit:& causam aduẽtus Diomedontis ostẽdit. At ille Diomedõte corã nihil inquit opus pecunia est. Nã si ea rex uult quæ thebanis sint utilia gratis facere sum paratus. Sin aũt contraria:non habet auri atq; argẽti satis:nãq; orbis terra℞ diuitias accipe nolo pro patriæ charitate. Tu qui me incognitũ tẽtasti:tuiq; similem existimasti: nõ miror: tibi ignosco. Sed egredere ꝓpere:ne alios corrũpas cum me nõ potueris,i.tu Michite argentũ huic redde:aut nisi id cõfestim facis:ego te tradam magistratui. Hũc Diomedon cũ rogaret:ut tuto exiret suaq; quæ attulisset liceret efferre:istud inquit faciam: neq; tua causa sed mea:ne si tibi sit pecunia adempta aliq̃s dicat id me ereptũ puenisse:quod delatũ accipere noluissem:a quo cũ quæsisset quo se duci uellet:& ille Athenas dixisset:præsidiũ dedit:ut tuto pueniret. Neq; uero id satis habuit:sed etiã ut inuiolatus in nauẽ ascenderet p Chabriã Atheniensem de quo supra mentionẽ fecimus. Abstinentiæ erit hoc satis testimoniũ:plurima quidẽ ꝓferre possemus:sed modus adhibẽdus est:quoniã uno hoc uolumine uitã excellentiũ uiro℞ cõpluriũ cõcludere:quo℞ separatim multis milibus uersuũ cõplures scriptores ante nos

explicarunt. Fuit & disertus ut nemo Thebanus par esset eloquētia: neq; minus cōcinnus in breuitate respōdendi q̄ in ppetua oratione ornatus: habuit obtrectatorē Menedidē quēdā indidē Thebis aduersariū in administrāda republica satis exercitatū in dicēdo: ut Thebanū scilicet. Nāq; illi genti plus inest uiriū q̄ ingenii. Is qd' in re militari florere Epaminūdā uidebat hortari solebat Thebanos: ut pacem bello anteferrēt: ne illius impatoris opa desideraret'. Huic ille fallis inquit uerbo ciuis tuos ꝗ hos a bello euocas. Ocii enim nomine seruitutē cōciliās. Nam parit' pax bello. Itaq; qui ea diutina uolunt frui: bello exercitati esse debent. Quare si principes Græciæ esse uultis: castris est uobis utēdū nō palæstra. Idē ille Menedides cū huic obiiceret quod liberos non haberet neq; uxorē duxisset: maximaq; esset insolentia ꝗ sibi Agamēnonis bello gloriā uideretur cōsecutus. At ille desine inqt Menedida de uxore mihi exprobrare. Nā nullius in ista re minus q̄ tuo uti cōsilio uolo. Habebat enim Menedides suspitionē adulterii. ꝗ aūt me Agamēnonē æmulari putas falleris. Nanq; ille cū uniuersa Græcia uix decē annis unā cepit urbē: ego cōtra ex una urbe nr̄a dieq; uno totā Græciā Lacedæmoniis fugatis liberaui. Idē cū in cōuentū uenisset Arcadū petēs ut societate cū Thebanis & Argiuis facerent: cōtra Callistratus Atheniēsiū legatus: qui eloquētia oēs eo præstabat tēpore postularet: ut potius amicitias sequerent' Atticoꝝ: & in orone sua multa inuectus esset in Thebanos & Argiuos: in eisq; hoc posuisset animaduertere debere Arcadas quales utraq; ciuitas ciuis pcreasset: ex qb9 de cæteris possent iudicare. Argiuos enī fuisse Orestē & Alcmeonē ma-

191

tricidas: thebis Oedipũ natũ: q cũ patrẽ suũ interfecisset: ex matre liberos ꝓcreasset: huic in rñdẽdo Epaminundas cũ de cæteris perorasset: postq̃ ad illa duo obprobria ꝑuenit admirari se dixit stultitiã rhetoris Attici: q nõ animaduerterit innocẽtes illos natos domi scelere admisso cũ patria essent pulsi receptos esse ab Atheniẽsib9. Sed maxime ei9 eloquẽtia eluxit spartæ: quo cũ omniũ socioꝝ cõuenissent legati corã frequẽtissimo legionũ cõuentu sic Lacedæmonioꝝ tyrãnidẽ coarguit: ut nõ min9 illa oratione opes eoꝝ cõcusserit q̃ leuctrica pugna. Tũ enim ꝑfecit qđ post apparuit: ut auxilio socioꝝ Lacedæmonii priuarent̃: fuisse autẽ patientẽ: suorũq; iniurias ferentẽ ciuiũ qđ se patriæ irasci nefas esse duceret: hæc sunt testimonia. cũ eũ ꝓpter inuidiã ciues præficere uoluissent: duxq; esset delect9 belli ĩpitus: cuius errore eo esset deducta res illa militũ: ut oẽs de salute ꝑtimescerẽt: q; locoꝝ angustiis clausi ab hostibus obsidebant̃ desiderari cœpta est Epaminundæ diligentia. Erat enĩ ibi priuat9 numero militis: A quo cũ peteret opẽ nullã adhibuit memoriã cõtumeliæ. Et exercitũ obsidione liberatũ domũ reduxit incolumẽ. Neq; uero hoc semel fecit sed sæpius: Maxime autẽ fuit illustre cũ in Peloponnesum exercitũ duxisset aduersus Lacedæmonios: hñetq; collegas suos: quoꝝ alter erat Pelopidas uir fortis ac strẽnu9: hic cũ criminib9 aduersarioꝝ oẽs in inuidiã uenissent: ob eãq; rẽ imperiũ his esset abrogatũ: atq; ĩ eoꝝ locũ alii prætores successissent: Epaminũdas plebiscito nõ paruit. Idẽq; ut facerent ꝑsuasit collegis: & bellũ qđ susceperat gessit. Nãq; aĩaduertebat ubi id fecisset totũ exercitũ ꝑꝑ prætoꝝ ĩprudẽtiã ĩscitiãq; belli perituꝝ. Lex erat thebis quæ mor-

te mulctabat: si qs imperiũ diutius retinuisset q̃ lege præfinitũ fore: Hanc Epaminũdas cũ reipu. cõseruãdæ cã latã uideret ad pniciẽ ciuitatis cõferre noluit: & quattuor mẽsibus diuti9 q̃ populus iusserat gessit imperiũ. Postq̃ domũ reditũ est: collegæ eius hoc crimine accusabant. Quib9 ille pmisit ut oẽm causam in se transferrent: suaq; opa factũ cõtenderent: ut legi nõ obedirent. Qua defensione illis piculo liberatis nemo Epaminundã responsuꝝ putabat: qd qd diceret nõ hr̃et. At ille in iudiciũ uenit. Nihil eoꝝ negauit quæ aduersarii crimini dabant: oĩaq; quæ collegæ dixerant cõfessus est: neq; recusauit quo minus legis pœnã subiret. Sed unũ ab his petiuit: ut in piculo suo inscriberent: Epaminũdas a Thebanis morte mulctat9 est: qd eos coegit apud leuctrã superare Lacedæmonios: quos ante se imperatorẽ nemo Boetioꝝ ausus fuit aspicere. In acie quoq; uno prœlio nõ solũ Thebas ab interitu retraxit: sed etiam uniuersam græciã in libertatẽ uendicauit. Eoq; res utroruq; pduxit: ut Thebani Spartã oppugnarẽt. Lacedæmonii satis haberẽt si salui esse possent: neq; prius bellare destitit q̃ Messanæ cõstituta urbẽ eorũ obsidiõe clausit. Hæc cũ dixisset risus omniũ cũ hilaritate cohortus est: neq; qsquã iudex ausus est ferre suffragium. Sic a iudicio capitis maxima discessit gloria. Hic extremo tempore imperator apud Mantineã cũ acie instructa audacius instaret hostibus cognitus a Lacedæmoniis qd in unius pnicie eius patriæ sitã putabant salutẽ: uniuersi in unũ impetũ fecerũt: Neq; pri9 abscesserunt q̃ magna cæde multisq; occisis ipsum Epaminundã pugnãtẽ sparo eminus pcussum concidere uiderunt. Huius causa aliquãtũ retardati sunt Boeti.

Neq; tamen prius pugna excesserunt:q̃ repugnantes ꝓfli/garunt. Et Epaminundas cũ animaduerteret mortiferũ se uulnus accepisse: simulq; si ferrũ qđ ex hastili in corpore remanserat extraxisset: animã statim amissurũ: usq; eo re/tinuit quoad renunciatũ est uicisse Boetios. Id postq̃ audi/uit satis inquit uixi: inuictus enim morior. Tum ferro ex/tracto confestim exanimatus est: Hic uxorem nũq̃ duxit. In quo cũ reprehenderetur quod liberos non relinqueret a Pelopida qui filium habebat infamẽ maleq; eũ in eo pa/triæ consulere diceret. uide inquit ne tu peius consulas qui talem ex te natũ relicturus sis. Neq; uero stirps mihi põt deesse, Nanq; ex me natã relinquo pugnã leuctricam: quæ nõ modo mihi superstes sed etiã immortalis sit necesse est. Quo tempore duce Pelopida exules Thebas occuparũt: & præsidiũ Lacedæmonioꝝ ex arce expulerunt. Epaminũ das q̃ diu facta est cædes ciuiũ domum se retinuit: ꝙ neq; malos defendere uolebat: neq; impugnare: neq; manus suo rum sanguine cruentare. Nãq; omnẽ ciuilẽ uictoriã funé/stam putabat. Idéq; postq̃ Academiã pugnare cũ Lacedæ moniis cœpit in primis stetit. Huius de uirtutibus uitaq; satis erit dictũ si hoc unũ adiunxero quod nemo erat infi/cias Thebas & ante Epaminundã natũ: & post eiusdẽ in/teritum ꝑpetuo alieno paruisse imperio. Cum ea q̃ diu ille præfuerit reip. caput fuisse totius Græciæ: ex quo intelligi potest unũ hominẽ pluris q̃ ciuitatem fuisse.

PELOPIDAE VITA.

PELOPIDAS Theban9 magis historiis q̃ uulgo no/tus: cuius de uirtutib9 dubito queẽadmodũ exponã: ꝙ uereor si res explicare incipiã: nõ uitã eius enarrare: sed

historiã uideat scribere: si tantũmodo summas attigero: ne rudibus litteraꝝ græcaꝝ minus lucide appareat quantus fuerit ille uir. Itaq̃ utriq̃ rei occurã quantũ potero: & medebor: cũ satietati: tũ ignorãtiæ lectoꝝ. Phebidas Lacedæmonius cũ exercitũ Olynthũ duceret: iterq̃ ꝑ Thebas faceret: arcẽ oppidi quæ Cadmea nominat̃ occupauit: impulsu ꝑpaucoꝝ Thebanorũ qui aduersariæ factioni quo facilius resisterent laconũ rebus studebant. Idq̃ suo priuato nõ publico fecit consilio: quo facto eũ Lacedæmonii ab exercitu remouerunt: pecuniaq̃ mulctarunt: neq̃ eo magis arcẽ Thebanis reddiderunt: ꝙ susceptis inimicitiis satius ducebant eos obsideri q̃ liberari. Nã Peloponnesum bellũ Athenasq̃ deuictas: cũ Thebanis sibi rem esse existimabant: & eos esse solos qui aduersus resistere auderent. Hac mente amicis suis summas potestates dederant: alterius factionis principes partim interfecerãt: alios in exiliũ eiecerant: in q̃bus Pelopidas hic de quo scribere exorsi sumus pulsus patria carebat. Hi omnes fere Athenas se cõtulerant: nõ ut sequerẽtur ociũ: sed ut quẽq̃ ex proximo locũ fors optulisset eo patriã recuperare niteret̃. Itaq̃ cũ tẽpus est uisum rei gerendæ cõmuniter cum his qui Thebis idẽ sentiebãt diẽ delegerunt ad inimicos opprimendos: ciuitatẽq̃ liberandã eũ: quo maximi magistratus simul cõsueuerant epulari. Magnæ sæpe res non ita magnis copiis sunt gestæ. Sed profecto nunq̃ ab tã tenui initio tãtæ opes sunt profligatæ. Nã duodecim adolescentuli coierunt ex his qui exilio erant mulctati: cũ omnino nõ essent amplius centũ: qui tãto se offerrent periculo: qua paucitate ꝑcussa est Lacedæmonioꝝ potentia. Hi enim nõ magis aduersa/

riorum factionis q̃ spartanis eo tempore bellũ intulerunt: qui principes erant totius Græciæ: quorum imperio maiestas: neq; ita multo post leuctricã pugnã ab hoc initio ꝑculsa cecidit. Illi igitur duodecim quorũ erat dux Pelopidas: cũ Athenis inter diu exissent: ut uesperascẽte cælo thebas possent peruenire: cũ canibus uenaticis exierunt retia ferẽtes uestitu agresti quo minore suspitione facerẽt iter: q cũ tempore ipso quo studuerant peruenissent: domũ Caronis deuenerunt: a quo & tempus & dies erat datus. Hoc loco libet interponere & si seiunctũ a re posita est: nimia fiducia q̃te calamitati soleat esse. Nã magistratuũ thebanorũ statim ad aures peruenit exules in urbẽ deuenisse: id illi uino epulisq; dediti usq; eo despexerunt: ut ne quærere quidem de tanta re laborarint. Accessit etiã quod magis aperiret eorũ dementiam. Allata est enim epistola Athenis ab Archio uno tysarchiæ qui tum maximũ magistratũ thebis optinebat: in qua omnia de profectione exulũ scripta erãt. Quæ cũ iam accubãti in cõuiuio esset data sicut erat signata in puluinũ subiiciẽs: in crastinũ inquit differo res seueras. At illi omnes cũ iam nox ꝓcessisset uinolenti ab exulibus duce Pelopida sunt interfecti. Quibus reb9 confectis uulgo ad arma libertatẽq; uocato nõ solũ qui in urbe erant: sed etiã undiq; ex agris cõcurrerunt: præsidiũ Lacedæmoniorũ ex arce pepulerunt: patriã obsidione liberarunt: auctores cadmeæ occupandæ partim occiderũt: partim in exiliũ eiecerũt. Hoc tã turbido tempore sicut supra docuimus: Epaminundas quoad cũ ciuibus dimicatũ est: domi quietus fuit. Itaq; hæc liberãdaꝝ thebarum propria laus est Pelopidæ. Cæteræ fere omnes cõmunes cũ Epami-

nunda. Nãqꝫ leuctrica pugna imperatore Epaminũda: hic
fuit delectæ manus quæ prima phalangẽ proſtrauit Laco
num: omnibus præterea periculis affuit. Sicut ſpartã cum
oppugnauit alterꝝ tenuit cornu: quoqꝫ Meſſena celerius re
ſtitueretur legatus in perſas eſt profectus. Deniqꝫ hæc fuit
altera perſona thebis: ſed tamẽ ſecunda ita ut proxima eẽt
Epaminundæ. Conflictatus autẽ eſt cum aduerſa fortuna.
Nã & initio ſicut oñdimꝰ exul p̃ria caruit: & cũ Theſſaliã
in p̃tãtẽ Thebanoꝝ cup̃et redigere: legatiõiſqꝫ iure ſatis te-
ctũ ſe arbitraret᷑: q̄d apud oẽs gẽtes factũ eẽ cõſueſſet: a ty-
rãno Alexãdro Pheræo ſimul cũ Hiſmenia cõprehẽſus in
uincla cõiectus ẽ. Hũc Epaminũdas recup̃auit bello ꝑſe-
quẽs Alexãdrũ. Poſt id factũ nũq̃ is aĩo placari potuit in
eũ: a quo erat uiolatus. Itaqꝫ ꝑſuaſit Thebanis ut ſubſidio
Theſſaliæ ꝓficiſcerent᷑: tyrãnoſqꝫ eius expellerent. Cuius
belli cũ ei ſũma eſſet data: eoqꝫ cũ exercitu ꝓfectus eſſet:
nõ dubitauit ſimulac cõſpexit hoſtẽ cõfligere: in quo prœ
lio Alexandrũ ut aĩaduertit incenſus ira equũ in eũ cõci-
tauit: ꝓculqꝫ digreſſus a ſuis cõiectu teloꝝ cõfoſſus ceci-
dit. Atqꝫ hoc ſecũda uictoria accidit. Nam iam inclinatæ
erant tyrãnoꝝ copiæ. Quo facto omnes Theſſaliæ ciui-
tates interfectum Pelopidã coronis aureis & ſtatuis æneis:
liberoſqꝫ eius multo agro donarunt.

AGESILAI VITA.

AGeſilaus Lacedæmonius cum a cæteris ſcriptori-
bus: tum eximie a Xenophonte Socratico collau-
datus eſt. eo enim uſus eſt familiariſſime. Hic primum de
regno cum Leutychide fratris filio habuit contentionem.
Mos eſt enim a maioribꝰ Lacedæmoniis traditus ut duos

haberent semp reges noie magis q̃ impio ex duabus fami/
liis Procli & Eristhenis: qui principes ex ꝓgenie Herculis
Sparthæ reges fuerũt: hoꝝ ex altera in alterius familiæ lo/
cum fieri non licebat. Itaqꝫ uterqꝫ suũ retinebat ordinem.
Primũ ideo habebatur qui maximus natu esset ex liberis
eius qui regnãs decessisset: sin is uirilẽ sexũ nõ reliquisset:
tum diligebatur qui ꝓximus esset ꝓpinquitate. Mortuus
erat Agis rex frater Agesilai: filiũ reliquerat Leutychidẽ
quẽ ille natũ nõ agnorat. Eundẽ moriens suũ esse dixerat.
Is de honore regni cũ Agesilao suo patruo cõtendit. Neqꝫ
id quod petiuit cõsecutus est. Nam Lysandro suffragante
homine ut ostendimus supra factioso & his tẽporibus po/
tente Agesilaus ante latus est. hic simulac imperii potitus
est: ꝑsuasit Lacedæmoniis ut exercitũ emitterẽt in Asiam:
bellumqꝫ regi facerẽt docẽs satius esse in Asia q̃ in Europa
dimicare. Nãqꝫ fama exierat Artaxerxẽ cõparare classem:
Pedestrisqꝫ exercitus quos in Græciã mitteret. Data pote/
state tãta celeritate usus est: ut prius in Asiã cũ copiis ꝑue/
nerit: q̃ regii Satrapæ eũ scirent ꝓfectũ. Quo factũ est ut
oẽs impatores imparatos imprudentesqꝫ offenderet. Id ut
cognouit Tisaphernes qui summũ imperiũ tũ inter præ/
fectos habebat regios: inducias a Licone petiuit: simulans
se dare operã ut Lacedæmoniis cum rege cõueniret: re aũt
uera ad copias comparãdas: easqꝫ impetrauit Trimestris.
Iurauit aũt uterqꝫ se sine dolo inducias cõseruatuꝝ: in qua
pactione sũma fide mãsit Agesilaus: cõtra ea Tisaphernes
nihil aliud q̃ bellũ cõparauit. Id & si sentiebat Laco: tñ ius/
iurandũ seruabat: multũqꝫ in eo cõseq se dicebat ꝙ Tisa/
phernes ꝑiurio suo & hoĩes suis rebus abalienaret: & deos

sibi iratos redderet. Se aũt seruata religiõe cõfirmare exer/citum: cũ aiaduerteret deoꝝ numen facere secũ: hominesqꝫ sibi cõciliari amitiores: ꝙ in his studere cõsuessent: quos cõ seruare fidẽ uideret. Postq̃ iudiciaꝝ præteriit dies: barba/rus nõ dubitãs ꝙ ipsius erãt plurima domicilia in caria: & ea regio his tẽporib9 multo putabat᷑ locupletissima eo po tissimũ hostis ĩpetũ facturos: oẽs suas copias: eo cõtraxe/rat. At Agesila9 in Phrygiã se cõuertit: eãqꝫ prius depopu/latus est: q̃ Tisaphernes usq̃ se moueret. Magna præda mi litibus locupletatis ephesũ hyematũ exercitũ reduxit: atqꝫ ibi officinis armoꝝ institutis magna industria bellũ para/uit: & quo studiosius armarent᷑ insigniusqꝫ ornarent᷑ pre/mia ꝓposuit: qbus donarent᷑: quoꝝ egregia in ea re fuisset industria. Fecit idẽ in exercitationũ generib9 ut q cæteris præstitissent: eos magnis afficeret munerib9. His igit᷑ re/bus effecit ut & ornatissimũ & exercitatissimũ hẽret exer/citũ. Huic cũ tẽpus esset uisũ copias extrahere ex hyber/naculis: uidit si quo esset iter facturus palãꝓnũciasset ho/stis nõ credituros: aliasqꝫ regiões occupaturos: nec dubita/turos aliud esse factuꝝ acꝓnũciasset. Itaqꝫ cũ ille sardis se iturũ dixisset: Tisaphernes eãdẽ cariã defendẽdã putauit. In quo cũ eũ opinio fefellisset: uictumqꝫ se uidisset: cõsilio sero suis præsidioꝑfectus est. Nã cũ illo uenisset iã Agesi/laus multis locis expugnatis magna præda potitus. Laco aũt cũ uideret hostes eqtatu supare nũq̃ in campo sui fecit potestatẽ: & his locis manũ conseruit: qbus plus pedestres copiæ ualerẽt: pepulit ergo quotiẽscũqꝫ cõgressus ẽ multo maiores aduersarioꝝ copias: & sic in Asia uersatus est: ut omniũ opĩone uicto duceret᷑. Hic cũ aĩo meditaret᷑ ꝓfici/

sci in psas:& ipsũ regẽ adoriri:nũci9ei domo uenit:ephoꝝ iussu bellũ atheniẽses:& boetes ĩdixisse lacedæmoniis q̄re uenire nõ dubitaret. In hoc nõ minus ei9 pietas suspiciẽda est q̃ uirt9bellica.q cũ uictori præesset exercitui maximãq; hẽret fiduciã:regni psaꝝ potiundi tãta modestia dicto au/ diẽs fuit iussis absentiũ magistratuũ:ut si priuat9in comi/ tio eẽt Sparthæ:cui9 exẽplũ utinã ĩpatores nr̃i seq uoluis/ sent:sed illuc redeam9. Agesila9 opulẽtissimo regno præ/ posuit bonã existimationẽ:multoq; gloriosi9duxit si insti/ tutis patriæ paruisset q̃ si bello supasset Asiã. Hac igit̃ mẽ te Hellespõtũ copias traiecit:tãtaq; usus ẽ celeritate:ut qđ iter Xerxes ãno uertẽte cõfecerat;hic trãsierit trigĩta dieb9 Cũ iã haud lõge abesset Pelopõneso obsistere ei conati sũt Atheniẽses & Boetii cæteriq; eoꝝ socii apud coroneã:quos oẽs graui prœlio uicit. Hui9 uictoriæ uel maxĩa fuit laus qđ cũ pleriq; ex fuga se ĩ tẽplũ Mineruæ cõiecissent:quæ/ rereturq; ab eo qd his fieri uellet:& si aliquot uulnera acce pat eo prœlio & irat9 uidebat̃ oĩb9 q aduersus arma tule/ rãt:tñ antetulit ire religionẽ & eos uetuit uiolari. Neq; hoc solũ ĩ græcia fecit ut tẽpla deoꝝ sãcta hẽret:sed ẽt apđ bar baros sũma religiõe oĩa simulacra arasq; cõseruauit. Itaq; prædicabat mirari se nõ sacrilegoꝝ numero hẽri q suppli/ cib9 eoꝝ nocuissent:aut nõ grauiorib9 pœnis affici q̃ reli/ gionẽ minuerit:q̃ q phana spoliarẽt. Post hoc prœliũ col/ latũ ẽ oẽ bellũ circa Corithũ. Ideoq; Corithũ ẽ appellatũ. Hic cũ una pugna decẽ milia hostiũ Agesilao duce ceci/ dissent:eoq; facto opes aduersarioꝝ debilitatæ uiderẽt̃:tm̃ abfuit ab ĩsolẽtia gloriæ:ut cõmiserat9sit fortunã:græciæ qđ tã multi a se uicti uitio aduersarioꝝ cõcidissent. Nãq;

illa multitudie si sana mẽs eẽt Græciæ suppliciũ ꝑsas dare potuisse. Idẽ cũ aduersarios intra mœnia cõpulisset: & ut Corinthũ oppugnaret multi hortarẽť: negauit id suæ uirtuti cõuenire. Se enĩ eũ eẽ dixit q ad officiũ peccãtis redire cogeret: non q urbes nobilissimas expugnaret græciæ. Nã si inqt eos extinguere uoluerimusq nobiscũ aduersus barbaros steterũt: nosmetipsi nos expugnauerimꝰ illis qescẽtibꝰ. Quo facto sine negocio cũ uoluerint nos opprimẽt. ĩterim accidit illa calamitas apđ leuctrã lacedæmõiis quo ne ꝓficisceret̃ cũ a plerisq; ad exeundũ premeret̃: ut si de exitu diuinaret exire noluit. Idẽ cũ Epaminũdas spartã oppugnaret: eẽtq; sine muris oppidũ talẽ se ĩpatorẽ præbuit: ut eo tpe oĩbꝰ appuerit: nisi ille fuisset spartã futurã ñ fuisse: ĩ quo qdẽ discrĩe celeritas eiꝰ cõsilii saluti fuit uniuersis. Nã cũ qdã adolescẽtuli hostiũ aduẽtu pteriti ad thebanos trãsfugere uellẽt: & locũ extra urbẽ editũ cœpissẽt. Agesilaus q pniciosissimũ fore uideret si aĩaduersũ eẽt queq̃ ad hostes trãsfugere conari: cũ suis cõuenit: atq; ut si bono aĩo fecissẽt laudauit cõsiliũ eoꝝ qđ eũ locũ occupassẽt: & se id quoq; fieri debere aĩaduertisse. Sic adolescẽtulos simulata laudatiõe recupauit: & adiũctis de suis comitibꝰ locũ tutũ reliqt. Nãq; illi aucto nũero eoꝝ q̃ exptes erãt cõsilii cõmouere se ñ sũt ausi: eoq; libẽtiꝰ q̃ latere arbitrabãť quæ cogitarãt. Sine dubio post leuctricã pugnã lacedæmõii se nũq̃ refecerũt: neq; pristinũ ĩpiũ recuparũt. Cũ ĩterim Agesilaus nõ destitit qbuscũq; rebꝰ posset pñã iuuare. Nã cũ præcipue lacedæmonii indigerẽt pecunia: ille oĩbꝰ q a rege defecerãt præsidio fuit. A qbꝰ magna donatus pecunia patriã subleuauit. Atq; in hoc illud in primis fuit admirabile cũ

191

maxima munera ei ab regibus & Dynastis ciuitatibusq; cõferrent: nihil unq̃ in domũ suã contulit: nihil de uictu: nihil de uestitu Laconũ mutauit: domo eadẽ fuit contentus qua Eristhenes progenitor maiorũ suorũ fuerat usus. Quã qui intrarat nullũ signũ libidinis: nullum luxuriæ uidere poterat. Cõtra ea plurima patientiæ atq; abstinentiæ. Sic enim instructa ut nulla in re differret cuiusuis inopis atq; priuati. Atq; hic tantus uir ut naturã fautricẽ habuerat in tribuendis animi uirtutibus: sic maleficã nactus est in corpore exiguo: & claudus altero pede: que res etiã nõnullam afferebat deformitatẽ: atq; ignoti faciẽ eius cũ intuerent contẽnebant. Qui aũt uirtutẽ nouerant: nõ poterant admirari satis. Quod ei usu uenit cũ annorũ octoginta subsidio Thaco in Aegyptũ isset: & in acta cũ suis accubuisset sine ullo tecto: stratũq; haberet tale ut terra tecta esset stramentis: neq; huc amplius q̃ pellis esset iniecta: eodẽq; comites omnes accubuissent uestitu humili atq; obsoleto: ut eorũ ornatus nõ modo in his regẽ neminẽ significaret: sed hominis non beatissimi suspitionẽ præberet. Huius de aduentu fama cũ ad regios esset perlata celeriter munera eo cuiusq; generis sunt allata. His quærentibus Agesilaũ uix fides facta est unũ esse ex his qui tũ accubabant. Qui cũ regis uerbis quæ attulerant dedissent: ille præter uitulina & huiusmodi genera obsonii: quæ presens tempus desiderabat nihil accepit: unguenta coronas secundãq; mensam seruis dispertiit: cætera referri iussit. Quo facto cũ barbari magis etiã cõtempserunt: quo eũ ignorantia bonarũ rerũ illa potissimũ sumpsisse arbitrabant. Hic cũ ex Aegypto reuerteret donatus a rege Nathabide ducentis uiginti ta-

lentis: quæ ille muneri populo suo daret: uenissetq; i portum qui Menelai uocatur iacẽs inter cyrenas & Aegyptũ in morbũ implicitus decessit: ibi eum amici quo spartam facilius perferre possent ꝙ mel nõ habebant cæra circũfuderunt: atq; ita domum rettulerunt.

EVMENIS VITA.

EVmenes Cardianus: huius si uirtuti par data eẽt fortuna nõ ille quidẽ maior sed multo illustror atq; ẽt honoratior: q͛d magnos hoĩes uirtute metiunt͛ nõ fortuna. Nã cũ ætas eius incidisset in ea tpa quibus Macedones florerent multũ ei detraxit uiuenti q͛d alienæ erat ciuitatis. Neq; aliud huic defuit q̃ generosa stirps: etsi ille domestico summo genere erat: tamẽ Macedones eũ sibi aliquãdo anponi indigne ferebant. Nãq; tamẽ nõ patiebant͛: uincebat enim oĩs cura uigilantia patiẽtia calliditate & celeritate ingenii. Hic peradolescentulus ad amicitiã accessit Phillippi Amynthæ filii: breuiq; tẽpore in intimã puenit familiaritatẽ. Fulgebat enim iã in adolescentulo indoles uirtutis. Itaq; eũ habuit ad manũ scribæ loco: ꝙ multo apd͛ graios honorificentius est q̃ apud romanos. Nã apud nos reuera sicut sunt Mercenarii scribæ existimant͛. At apud illos cõtrario nemo ad id officiũ admittit͛ nisi honesto loco & fide & industria cognita: q͛d necesse est omniũ cõsilioꝝ eum esse ptic ipẽ. Hunc locũ tenuit amicitiæ apud Philippum annos septẽ: illo interfecto eodẽ gradu fuit apd͛ Alexãdrũ annos tredecim. Nouissimo tẽpore præfuit etiã alteri equitũ alæ: quæ etherice appellabat͛. Vtriq; autẽ cõsilio semp affuit: & omniũ reꝝ habitus est particeps. Alexãdro babylone mortuo cũ regna singulis familiaribus dispartiret͛: &

summa re℞ tradita essent tuēda eidē cui Alexāder moriēs anulū suū dederat Perdicæ: ex quo oēs cōiecerāt eū regnū ei cōmēdasse: quoad liberi ei⁹ in suā tutelā puenissent. Ab erant enim Gratherus & Antipater qui antecedere hūc ui/debant̃. mortuus erat ephesteio quē nume℞ Alexander qd̃ facile intelligi posset plurimi fecerat: Hoc tpe data est Eu/meni Cappadocia siue potius dicta. Nā tū in hostiū erat potestate. Hunc sibi Perdicas adiūxerat magno studio qd̃ in homine fidē & industriā magnā uidebat: nō dubitans si eū pellexisset magno usui fore sibi in his rebus quas appa/rabat. Cogitabat enim qd̃ fere oēs in magnis imperiis cō/cupiscunt omniū partis corripere atq; cōplecti. Neq; uero hoc tempore solus fecit sed cæteri quoq; oēs qui Alexādri fuerant amici: primus Leonatus Macedoniā præoccupa/re prædestinauerat. Is multis magnis pollicitationibus p/suadere Eumeni studuit: ut Perdicā desereret: ac secū face/ret societatē. Cum perducere eū non posset: interficere co/natus est: & fecisset nisi ille clā ex præsidiis eius effugisset: interim cōflata snnt illa bella quæ ad iternicionē post Ale xandri mortē gesta sunt: omnesq; cōcurrerunt ad Perdicā opprimendū; quē etsi infirmū uidebat ꝙ unus omnib⁹ re/sistere cogebatur: tamē amicū: nō deseruit: neq; salutis q̄ fi dei fuit cupidior. Præfecerat eū Perdicas ei patri Asiæ quæ inter tau℞ montē iacet atq; Hellespontū & illū unū oppo/suerat Europæis aduersariis. Ipse Aegyptū oppugnatū ad uersus Ptolemæū erat ꝑfectus. Eumenes cū neq; magnas copias neq; firmas haberet ꝙ inexercitatæ & non multo ante erant cōtractæ: aduentare autem dicerentur: Helle/spontūq; transisse Antipater & Graterus magno cū exer/

citu Macedonũ uiri cũ claritate:tum usu belli præstãtes. Macedones uero milites ea tũc erãt fama qua nũc Romani feruntur. Etenim semp habiti sunt fortissimi q sũmã ĩpii potirent᷑. Eumenes ĩtelligebat si copiæ suæ cognoscerẽt adversus quos ducerent᷑ nõ mõ nõ ituras:sed simul cũ nũcio dilapsuras. Itaq; hoc ei9 fuit prudẽtissimũ cõsiliũ:ut denis itineribus milites duceret:ĩ qb9 uestra audire non possent: & his psuaderet se cõtra quosdã barbaros ꝓficisci. Itaq; tenuit hoc ꝓpositũ:& pri9 ĩ aciẽ exercitũ eduxit prœliũq; cõmisit q̃ milites sui scirẽt cũ qb9 arma cõferrẽt:effecit ẽt illđ locoꝝ præoccupatione:ut eqtatu poti9 dimicaret quo plus ualebat q̃ peditatu quo erat deterior. Quoꝝ acerrimo cõcursu cũ magnã partẽ diei eẽt oppugnatũ cadit Graterus dux & Neoptolemus:q secundũ locũ impii tenebat. Cum hoc cõcutrit ipse Eumenes. Qui cũ ĩter se cõplexi in terrã ex eqs decidissent:ut facile ĩtelligi posset inimica mẽte cõtendisse aĩoq; magis ẽt pugnasse q̃ corpe:nõ pri9 distracti sũt:q̃ alteꝝ aĩa reliquerit. Ab hoc aliquot plagis Eumenes uulnerat᷑:neq; eo magis ex prœlio excessit:sed acri9 hostib9 ĩstitit:hic eqtib9 ꝓfligatis ĩterfecto duce Gratero multis præterea & maxĩe nobilib9 captis:pedestris exercitusq; ĩ ea loca erat deduct9:ut ĩuito Eumene elabi ñ posset:pacẽ ab eo petit. Quã cũ ĩpetrasset ĩ fide ñ mãsit:& se simulac potuit & Antipatrũ recepit. Eumenes Crateꝝ ex acie semiuiuũ elatũ recreate studuit. Cũ id non posset pro hominis dignitate proq; pristina amicitia (Nãq; illo usus erat Alexander uiuo familiariter) amplo funere extulit:ossaq; in Macedoniã uxori eius ac liberis remisit. Hæc dum apud Hellespõtũ gerunt᷑:Perdicas apud flumẽ Nilũ ĩterficit᷑ a

Seleuco & Antigono: rerũq; sũma ad Antipatrũ defertur. Hic q deseruerũt exercitu suffragiũ ferẽte capitis absentes dãnant̃. in his Eumenes hac ille pculsus plaga non succu/buit: neq; eo secius bellũ admĩstrauit: sed exiles res animi magnitudinẽ & si nõ frangebãt tñ nõ minuebãt. hũc pse/quẽs Antigonus cũ omni genere copiarũ abũdaret sæpe in itinerib9 uexabat̃: neq; unq̃ ad manũ accedere licebat: nisi his locis qbus multis possent pauci resistere. Sed extremo tpe cũ cõsilio capi nõ posset: multitudine circũuentus est: huic tñ multis suis amissis se expediuit: & in castellũ Phrygiæ q dr̃ hora appellat̃ cõfugit. in quo circũsederet̃ & ue/reret̃ ne uno loco manẽs equos militares pderet: q2 spaciũ nõ esset agitãdi: callidũ fuit eius inuentũ queadmodũ stãs iumẽtũ calefieri exerceriq; posset quo libẽtius & cibo ute/retur: & a corporis motu nõ remoueret̃. Substringebat caput loco alti9 q̃ ũt priorib9 pedib9 plane terrã posset attin/gere. deinde post uerberib9 cogebat exultare & calces re/mittere: q motus nõ minus sudorẽ excutiebat q̃ si in spacio decurreret. quo factum est qd̃ oĩbus mirabile est uisum ut æquæ iumẽta nitida ex castello educeret: cũ cõplures mẽ/ses in obsidione fuisset quotienscũq; noluit & apparatũ & munitiões Antigoni alias incedit alias disiecit. Tenuit aũt se uno loco q̃ diu fuit hyems: qd̃ castrũ subsidia hr̃e nõ po/terat: uer appropinq̃bat. Simulata deditiõe dũ de cõditio/nib9 tractat præfectis Antigoni imposuit: seq; ac suos oĩs extraxit incolumes. Ad hunc Olympias mater quæ fuerat Alexãdri cũ lr̃as & nũcios misisset in Asiã cõsultũ utrũ re/petitã in Macedoniã ueniret (Nã tũ in Epiro habitabat) & eas res occuparet. Huic ille primũ suasit ne se moueret:

& expectaret quoad Alexādri filius regnū adipisceret: sin aliq̃ cupiditate rapet in Macedoniā omniū iniuriarū obliuisceret. & in neminē acerbiore uteret imperio. horū nihil ea fecit. Nā & in Macedoniā pfecta est; & ibi crudelissime se gessit. Petit aūt ab Eumene absēte ne pateret Philippi domus & familiæ inimicissimos īterimere: ferretq; opē liberis Alexādri. Quā ueniā si daret q̃primū exercit9 pararet quos sibi subsidio adducere. Id quo facilius faceret se oib9 præfectis qui in officio manebāt misisse lrās: ut ei parerēt: eiusq; cōsiliis uterent. His uerbis Eumenes pmotus satius duxit si ita tulisset fortuna pire bñmeritis referētē gratiā: q̃ ingratū uiuere. Itaq; copias cōtraxit: bellū aduersus Antigonū cōparauit: qđ una erāt Macedones cōplures nobiles In his Peucestes fuit: q corporis custos fuerat Alexādri: tū aūt optinebat psidē: & Antigon9 cui9 sub īpio phalāx erat Macedonū inuidiā uerēs: quā Tamē effugere nō potuit si potius ipse alienigenas sūmi īpii potiret q̃ alii Macedonū quorū ibi erat multitudo. In principiis noīe Alexādri statuit tabernaculū: in eoq; sellā ærea cū scæptro ut diademate iussit poni: atq; oēs quotidie cōuenire: ut ibi de sūmis rebus cōsilia capent credēs minor se īuidia fore si specie īpii noīsq; simulatiōe Alexādri bellū uideret admīstrare: qđ & fecit. Nā cū nō ad Eumenis pricipia: sed ad regia cōueniretur: atq; ibi de reb9 deliberaret quodāmō latebat: cū tñ per eū unū gererēt oīa. Hic īpar ætatis cū Antigono cōflixit nō acie instructa: sed in itinere: eūq; male acceptū in mediā hyematū coegit redire. Ipse ī finitima regiōe psidis hyematū copias diuisit: non ut uoluit sed militū cogebat uoluntas. Nāq; illa phalanx Alexādri magni quæ Asiam

197

pagrarat:deuiceratq; persas inueterata cũ gloria:tũ etiã li/
centia nõ parere se ducib9 sed impare postulabat:ut nunc
